DOMVS SVP PLICATIONIS CV-RIÆ LVSITANÆ VLISIPONEN-ſis Magiſtratus, ſtyli, ſupremique Senatus conſulta.

AVTHORE DOCTORE IOANNE MARTINS à Coſta in eodem ſupremo Senatu Aduocato conſiſtoriali.

AD PHILIPPVM IIII. HISPANIÆ REGEM & Luſitaniæ Tertium.

Cum facultate Sanctæ Inquiſitionis.

Ex Officina Gerardi de Vinea. Anno 1622.

Expenſis Sebaſtiani Garciæ Bibliopolæ.

PRæuidi hunc tractatum, qui inscribitur, Domus Supplicationis Curiæ Lusitanæ Vlysiponensis Magistratus styli supremiq; Senatus consulta, nihil continet quod Fidei Catholicæ, aut bonis moribus repugnet imo est opus perutile, doctrina, & eruditione plenũ ac dignum quod Typis mandetur Vlyssippone in domo D, Rochi Societatis I E S V. 25. Nouembris Anno 1620.

O Doutor Iorge Cabral.

VIsta a informaçam podese imprimir o liuro, cujo titulo he Domus Supplicationis Curiæ Lusitanæ Vlysiponẽsis Magistratus stili, supremiq; Senatus consulta, composto pello Doutor Ioaõ Martins da Costa Aduogado da Casa da Supplicaçáo da Corte, & depois de impresso torne para se cõferir cõ o original & dar licença, para correr, & sem ella não correrà, em Lisboa o primeiro de Dezembro de 620.

O Bispo Inquisidor Geral

POdese imprimir este Liuro intitulado Domus Supplicationis Curiæ Lusitanæ. Lisboa 4. de Dezembro de 620.

Damiam Viegas.

MAnda el Rey nosso Senhor aos Doutores, Miguel de Barreira, & Nuno da Fonseca, que vejaõ este liuro & parecen dolhes necessario, o comuniquem em Relaçaõ, & escreuã com seu parecer, a 8 de Dezembro de 620.

Cabral. *Ignacio Ferreira.*

POr mandado de V. Mageſtade vimos o liuro que pretende imprimir o Doutor Ioão Martins da Coſta, & pareſcenos, que deue V. Mageſtade auer por ſeu ſeruiço dar lhe licença, para que ſe imprima, & que por elle virão alguns letrados a ter noticia de muitas couſas da practica, & eſtilos da caſa da Supplicação, & ainda nas materias do Iudicial de que as ordenaçoens tratão facilitarà a muitos alcançarem com mais breuida de o que nellas eſtà diſpoſto, guarde noſſo Senhor a muito Catholica peſſoa de V. Mageſtade.

Nuno da Fonſeca. *O Doutor Miguel de Barreira.*

POdeſe imprimir eſte liuro viſtas as licenças do Sancto Officio, & ordinario, & informação dos Doutores Nuno da Fonſeca, & Miguel da Barreira, em Lisboa a 14. de Agoſto de 1621.

Cabral. *Ignacio Ferreira.*

COnferi eſte liuro impreſſo intitulado Domus Supplicationis Curiæ Luſitanæ Vlyſſiponenſis Magiſtratus Styli Supremique Senatus conſulta, com ſeu original eſtà conforme, pello que pode correr.

O Doutor Iorge Cabral.

TAxão eſte liuro em noue vinteis em papel. Em Lisboa a 13. de Abril de 622.

Moniz. *Ignacio Ferreira.* *Deniz de Mello.*
Caldeira.

PHELIPPO ALTISSIMO CATHOLICO, ET POTENTISSIMO REGI HISPANIÆ IIII. ET LVSITANIÆ TERTIO.

DOCTOR IOANNES MARTINS A' Costa Aduocatus consistorialis domus Supplicationis. Perpetuam fælicitatem exoptat.

CVm omnis Reipublicæ summa vni adnitatur Regi, & omnes quæ vbique sunt potestates, & Magistratus, ex vno Rege, veluti ex vberrimo quodam fonte manent, & quo in vno, omnes omniũ potestates consistunt, licet Rex singulari quodam potestatis seu Magistratus titulo decorandus non sit siue compræhendendus, ne speciei subesse genus videatur.

Tamen principalis celsitudo est tanquam omnium potestatum Magistratuumque principium & origo, & quia inter alia competit Principi potestas constituendi Magistratus ad iustitiæ administrationem, & iurisdictio omnis ad illius supremam potestatem spectat, ideoque dicitur Iudex Iudicum, & a regendo Rex nuncupatur.

Vnde tibi Phelyppe Rex potentissime recte tractatum de Magistratibus Domus tuæ Supplicationis Curiæ Lusitanæ of-

næ offerendum operæ pretium duxi, vt tanquam eorum-
dem omnium principium ipsum opus qualecumque sit, be-
nigne accipias, & singulari tua anplectaris humanitate, tu-
isque auspicijs, & supremæ Maiestatis splendore illustratum
summaque authoritate defensum in lucem prodeat, vale
pius, felix, inclytus, & tuo imperio & ditioni inumeræ Pro-
uinciæ additæ te victorem, ac triumphatorem semper au-
gustum cognoscant.

BENIGNO LECTORI.

Opus hoc meum Domus Supplicationis Magistratus, Styli Supremique Senatus consulta, inscriptum & studiose collectum humane lector, tibi probatum & gratissimum fore sperans, impressori edendum consignaui, quia ea iuris pars quæ ad Magistratus pertinet, à iuris consultis magis quam quæuis alia neglecta est, & sane circa ius Regium Portugaliæ, præsertim circa Magistratus Domus Supplicationis hoc maxime euenit, & desideratur: & quamuis plerosque iuris sciencia conspicuos, insignesque legum coriphæos, plura, atque longe alia meliora, vt pote eruditiores, atque diligentiores posse in id adducere ingenue cōcedā, nō ideo tamen, interim dum alius in hoc genere laborare nec intendit me pigebit humili ingenij acumine & familiari studio, hæc in communem vsum, & praxim lucubrasse.

Vale.

ANNOTATIO I.

CIRCA DOMVM SVPPLICATIONIS.

EPITOME.

1. OMVS Supplicationis maius tribunal Regnorum Coronæ Portugaliæ.

2 Exornatur ex sacra pagina.

3 Dici potest proprium & sanctissimum templum iustitiæ.

4. Similitudines quæ ad huiusmodi tribunal applicantur.

5 Supplicatio quid significet.

6 Vnde denominetur Senatus Supplicationis traditur.

7 Incrementũ sumpsit à tempore Eduardi Regis Lusitanorum.

8 Hæc domus Regia fundata est ad instar Senatus Romani á Romulo instituti.

9 Venerabilis cœtus nuncupatur cuius potestas & authoritas amplissima est.

10 Hi conuentus ad iustitiæ administrationem apud Francos dicuntur Parlamenta.

11 Apud Hispanos dicitur vulgo, Chancellaria Real, o Consejo Real de Madrid. Quod est summum Curiæ.

12 Consilium Regiũ Hispaniæ in duas partes diuisum, 1. Curiam sectatur Regiam.

13 2. Agit de causis iustitiam duntaxat concernentibus.

14 Apud nos vulgo dicitur, Casa da Supplicação de Lisboa, ou da Cidade do Porto.

15 E duobus tribunalibus, quæ Olysipone erãt Philippus Rex Portugaliæ primus alterũ in Portugalensem Ciuitatem transtulit.

16 Solus Rex in suo Regno potest habere Relationem.

A ANNO.

ANNOTATIO I.

CIRCA DOMVM SVPPLICATIONIS.

1. DOMVS Supplicationis est maius iustitiæ tribunal Regnorum Coronæ Portugaliæ, in quo causæ maioris ponderis & momenti veniunt decidendæ, vt inquit Ordinat. Reg. lib. 1. tit. 1. in principio.

2 Pro cuius exornatione adduco illud ex sacra pagina prouerb. cap. 9. Sapientia ædificauit sibi domum excidit columnas septem. Immolauit victimas suas, &cæt.

3 Et elegantia verba Imperatoris in l. 1. C. veteri iure enucleando, ibi. opportet eam pulcherrimo opere instruere: & quasi proprium & sanctissimum templum iustitiæ consecrare.

4 Et faciunt similitudines hortuli amenissimi, & fortissimæ ciuitatis ex l. fin. tit. 10. partit. 2. vbi glos: de quibus elegãter Bobadilha in sua Polytica, lib. 2. cap. 2. à nu. 14. & à num. 23. Et plura quæ de foro seu loco vbi iustitia administratur basilica seu tribunali, optime prosequitur idem Bobadil. lib. 3. cap. 14. à nu. 1. cum sequentibus.

5 Supplicatio autem est petitio Principi porrecta, vt rigor

gor iustitiæ reparetur, vt colligit Gregor. Lopez per text. ibi in l.1. tit.24. partit.3. vbi aliter definit. Montalu. & aliter Didacus Perez in l.25. tit.3. lib.2. Ordinat. Supplicatur vero à parte quæ sentit grauamen sibi illatum.

6 Vnde vero denominetur Senatus Supplicationis tradit Senator Cabedo 1.par. decis.1. num.2. Quia ad eum & ad Senatores Supplicationum, qui appellantur expeditores causarum grauaminum Supplicabatur. Gama decision.1. num. 10.

7 Et quod incrementum sumpserit à tempore Eduardi Regis Lusitanorum notat Cabedo vbi supra nu.2. & quid sit prætorium explicat idem num.15. vbi etiam num.8. & 14. agit de libellis supplicatorijs.

8 Obseruabis igitur domum regiam in quam Rector & Senatores conueniunt ad iustitiam ministrandam fundatam esse ad instar Senatus Romani, à Romulo vrbis conditore instituti, teste Tito liuio lib.1. Decad.1. in quo erant centum Senatores l.fin. C.petit hæredit. notatur in rubrica ff.de Senatoribus.

9 Et venerabilis cætus nuncupatus est l. leges C. de legibus vocatique sunt patres conscripti in princ. C.de emend. Iustin. Codic.horumque potestas amplissima fuit, vt dicit Alber. in d.l.fin. Et Imperator in l. ius Senatorum 8. C. de dignitat.lib.12. ius Senatorum inquit, & authoritatem eius ordinis in quo nos quoque ipsos numeramus, necesse est ab omni iniuria defendere, vbi obseruat Pyrrus, quod in Senatu Parisiensi Princeps Christianissimus est primus in numero, & solet præsidere.

10 Hi autem conuentus ad iustitiæ administrationem apud Francos dicuntur Parlamenta teste Guaguino in Chronicis Franciæ lib. 3. cap. fin. prope fin. Et decreta est Parlamento apud Parisios Curia, atque de Parlamentis fit mentio in cap. decet de immunit. Eccles. Et in cap. fundamenta de elect. Senator Cabedo 2. par. decis. 85. nu. 1.

11 Apud Hispanos vero dicitur hic conuentus, vulgo, *Chancellaria Real*, v. g. *de Granada, Valladolid: Audiēcia de Seuilla, de Canaria, de Galicia, y Consejo Real de Madrid.* Quod est supremum Curiæ, de quo prosequitur Matienso in Dialogo relatoris 1. par. cap. 4. à nu. 3. & cap. 5. Soares à Paz in praxi 1. par. tom. 1. circa primum tempus de iudice eligendo, qui omnes obseruant consilium Regium Hispaniæ in duas partes esse diuisum.

12 1. Curiam sectatur Regiam, quod supremum Regis consilium appellatur vbi de gubernatione tantum agitur, & causæ arduæ in quibus supplicatio 2. ad personã Regiam permittitur causæ etiã syndicatus quorũcumq; iudicũ, & quæ per appelat. à quæstorib. parricidis, vulgo, *Alcaldes de Corte*, dictis interpositam ad eosdem consiliarios ex Regijs constitutionibus deuoluuntur, ipsis sunt reseruatæ.

13 2. Consilij pars de causis agit iustitiam dumtaxat cõcernentibus quæ Regia dicitur Chancellaria, vt supra notauimus.

14 Apud nos vero dicitur vulgo, *Casa da Supplicação de Lisboa*, in Ord. Reg. lib. 1. tit. 1. in princ. *ou da cidade do Porto*, de cuius magistratibus prosequitur, lib. 1. tit. 35. cũ seqq. Exornat ibi Emanuel Barb. nouissime in suis Remission.

Obser-

15 Obseruabis tamen quod è duobus tribunalibus, quæ Olisypone erant Philippus Rex Portugaliæ primus alterum in Portugalensem ciuitatem transtulit inibique iuridicum conuentum statuit, vt notat Duardus nonius, libro de vera Regum Portugal. genealog. de Philippo Rege decimo octauo, versiculo in primis iustitiæ administrandæ & videre est per titulos Ordinat. Reg. lib. 1. tit. 35. vsque ad titulum 47. vbi agitur de gubernatore illius domus cæterisque Magistratibus similibus huius domus Supplicationis Olisyponensis.

16 Tandem obseruabis, quod solus Rex in suo Regno potest habere parlamentum, vt à Gallis dicitur seu Chancellariam, vt ab Hispanis, seu Relationem, vel domum Supplicationis, vt à Lusitanis nuncupatur, quod est superioritatis regalis, vt probatur ex Ordinat. Reg. lib. 2. tit. 45. §. 4. quæ id vetat sub pœnis ibi contentis obseruat ex pluribus Senator Cabed. 2. par. decis. 85. num. 1. & per num. sequentes latius prosequitur de auocatione causarum è terris dominorum ad tribunal Regium & per plura aresta Relationis confirmat.

ANNOTATIO II.

DE RECTORE DO-
MVS SVPPLICATIONIS.

EPITOME.

1
Ector domus supplicationis Magistratuū supremus est.

2 *Plura de illius excellentia prærogatiua & dignitate remissiue.*

3 *Exornantur ex sacra pagina qualitates Rectoris iustitiæ.*

4 *Præfecti prætorio sub principibus fuere instituti ad instar tribunorum celerum, & Magistrorum Equitum.*

5 *Primum ex equestri ordine legebantur.*

6 *Inter illustres primus est præfectus prætorio, seu Rector iustitiæ.*

7 *In Francia dicitur chancellarius apud quem omnis potestas præfecti prætorio, & quæstoris.*

8 *Apud Hispanos dicebatur,* Adelantado de Corte, *nunc ver[us] præses consilij Regij.*

9 *De necessitate & commodita[te] administrationis iustitiæ remi[s]siue.*

10 *Principes ex iustitia præ omnibus commendantur.*

11 *In iustitia cæterarum virtu[tum] quidam quasi concentus sit.*

12 *Plura iustitiæ enchomia re[mis]missiuè.*

13 *Distributio senatorum secū[n]dum qualitatem & numerum cau[s]arum spectat ad Rectorem.*

14 *Pro casu capitali vltra iudicem causæ dat Rector quinque se[n]natores, & quod sit optima prouis[io] confirmatur.*

15 *Quis ordo seruādus sit in v[...]*
ti[...]

tis senatorũ. & quod statur maiori nu. etiã iuniorum ex stylo Curiæ, & de aresto Senatus.

16 Quomodo res euincatur maiori parte remissiuè, & quis apud Hispan. prius votare debeat remis.

17 Forma procedendi in recusationibus oppositis senatoribus corã Rectore in Relatione.

18 Quando commissio spectet ad chancellarium domus explicatur.

19 Prouisio in causis criminalibus per nouam extrauagantem reformationis iustitiæ.

20 Qua forma in his procedendum sit, & similibus vulgo, em alçada. & nu. 21.

22 Limitatur lex nouæ reformationis in processu quo iudices certi sunt dati ad diffiniendam causam.

23 Ratio limitation. assignatur, & ex senatus aresto confirmatur.

24 Quomodo in delictis atrocioribus procedatur summariè.

25 Quibus casibus summarie procedi debeat remissiue.

26 Quid importet verbum summarie sine strepitu, & figura iudicij remissiue.

27 Ad Rectorem spectat præcipere, vt petitiones grauaminum actibus processuum adiungantur.

28 Ad senatores grauaminum spectat cognoscere de petitionibus grauaminum.

29 Ad id debet supplicari in auditorio intra decem dies.

30 Ex nouo Senatus decreto coram eodem iudice à quo pars conqueritur debet supplicari.

31 Commissiones senatorum in locum absentium, vel eorum, qui impedimentum habuerint spectãt ad Rectorem.

32 Quando cõmissio dicitur realis seu personalis.

33 In cõmissione rescripti pluribus narratis sufficit vnum verificari.

34 Assignatur ratio.

35 Vtrùm dicatur cessare impedimentum absentiæ senatoris vbi primum aduenerit ad ciuitatẽ, vt datus in eius locum procedere nequeat?

36 Arguitur pro parte affirmatiua quod cessare videatur impedimentum vbi primum aduenerit.

37 Pro parte negatiua 1. Expẽduntur verba ordinat.

38 Confirmatur 2.

39 3. Confirmatur per argumẽtum ab absurdo, & ex stylo & decisione nouissima supremi Senatus in casu propos. in specie sup. n. 35.

40 Substitutiones officiorum per

 spatium

ſpatium duorũ menſium ſpectãt ad Rectorem abſente Rege à Curia.

41 *Limitatur in aduocatis domus ſupplicationis & ratio aſsignatur.*

42 *Forma procedendi in audiẽtijs generalibus in fine ſingulorum menſium.*

43 *Audientia generalis ſit in caſibus in quibus deficit priuatus accuſator.*

44 *Poſt prolatam ſententiam in audientia generali per petitionem à iudice poteſt peti copia actorum ad impedimenta obijcienda.*

45 *Maxime ſi minor ſit per beneficium reſtitutionis in integrum.*

46 *Plerumque per impedimẽta oppoſita ſententijs reuocatis audiẽtiæ generalis ordinarie in cauſa procedi præcipitur.*

47 *Circa ſimilem viſitationem carceratorum apud Hiſpanos plura remiſsiue.*

48 *Rector ſingulis annis inquirit ex officio cõtra officiales domus Supplicationis.*

49 *Ad Rectorem ſpectat prouidere & conſeruare ſtylos Curiæ circa ordinem proceſſuum.*

50 *Stylus Senatus Supplicationis pro lege debet obſeruari.*

51 *Requiſita vt ſtylus ſit validus & obſeruandus.*

52 *Senatus conſultum circa idẽ in lib. Relationis.*

53 *Rector procedit contra dominos terrarum & perſonas, quæ vſi fuerint maior, iuriſdictione quam ea quæ illis conceditur per donationes regias.*

54 *Stylus & praxis procedendi in propoſito.*

55 *Circa iuriſdictionem dominorum remiſsiue.*

56 *Iuriſdictionalia præſcribi nequeunt neque etiã poſſeſsione, immemoriali.*

57 *Reges Portugaliæ circa iuriſdictionem fundatam habent intẽtionem ita vt nullus eam exercere valeat ſine eorundem facultate.*

58 *Inter præcipua muneris Rectoris eſt ſcire quomodo ſe gerãt Senatores & officiales domus ſupplicationis ad laudẽ ſeu increpationẽ.*

59 *Exornatur ex ſacra pagina & alijſque in id expenduntur, & nu. 60. & 61.*

62 *Forma procedendi in grauamine ordenationis non ſeruatæ.*

63 *Stylus Curiæ circa facultates, & licentias conceſſas exeundi incarceratis nobilibus in domo propria ſub homagio, vulgo,* preſos

em

em sua homenagem.

64 *Intelligitur Ord. Reg. lib. 5. tit. 120. §. 5.*

65 *Idem stylus obseruatur à Magistratibus à Rege missis ad Prouincias ad punienda atrociora delicta, vulgo,* com alçada.

66 *Ad Rectoris munus spectat relegatos ad Africam è carcere mittere sub fideiussione & cartas, vulgo,* de guia, *dare.*

ANNOTATIO II.

DE RECTORE DOMUS SUPPLICATIONIS.

RECTOR domus Supplicationis Magistratuum supremus est de quo & eiusdem qualitatibus late prosequitur Ordinat. Reg. lib. 1. tit. 1. per tot Rectorque iustitiæ nuncupatur, ei que similem præfecti prætorio Romanorum dignitatem attribuunt Senatores doctissimi Anton. à Gama decis. 1. Lusitana, & Cabed. 1. part. decis. 1. & 2. vbi late de hoc officio.

2 Plura autem de illius excellentia prærogatiua, & dignitate tradit Cassan. de gloria mundi 7. par. considerat. 7. Purpur. in l. 1. numer. 93. Gabed. 1. par. decis. 2. numer. 4. Gama decision. 1. & circa eiusdem qualit.

prosequitur Ord. Reg. lib. 1. tit. 1. in princip. vbi nouissime doctissimus Lusitanus Emanuel Barb. remissiue plures doctores allegat. in suis Remissionibus, & quia circa qualitates nobilitatis, virtutis, prudentiæ, authoritatis, constantiæ, diuitiarum facilitatis admissionis, & similes quæ sunt cõsideranda in electione Rectoris, & Magistratuum prosequitur Bobadil. in sua Polyt. lib. 1. cap. 3. Cassan. in Cathalog. gloriæ mundi, 1. par. considerat. 144. Barbos. in d. princip. à nu. 1. cum seqq. Non est cur in singulis exornandis immoremur.

3 Addes tamen in proposito illud ex sacra pagina, quod scribitur Ecclesiast. cap. 32. Rectorem te posuerunt noli extolli esto in illis quasi vnus ex ipsis, curam illorum habe, & sic considera. & omni cura tua explicata recumbe, vt læteris propter illos & ornamentum gratiæ accipias, & coronã, & dignationem consequaris congregationis cap. ex merito vers. Nemo libenter 6. quæst. 1. Et quod debeat esse timoratæ conscientiæ ex pluribus obseruat Emanuel Barb. in d. prio Ord. Reg. nu. 2.

4 Ex veteribus etiam obseruauimus præfectos prætorio sub Principibus fuisse institutos ad instar tribunorum celerum, & magistrorum equitum. Cum enim secundas post Cæsarem partes gestarent, præessentque disciplinæ publicæ emendandæ à paruis orta principijs, multum creuit authoritas, colligitur ex flocco alias fenestella lib. 2. de potest. Roman. cap. 23. ex Pompon. & Arcad. in l. 2. §. populo deinde ff. de Orig. Iur. l. 1. ff. offic. præfect. prætorio l. 1. & 2. C. prefect. prætor. Africæ & per tot. C. de præfect. prætor. siue

vrbi

vrbi & magiſtris militum ,&c. lib.12.

5 Ac primum exequeſtri ordine legebantur, primuſque ex ordine Senatorio titus eam ſuſcepit præfecturam, nunquã ad id tempus niſi ab Equite Romano adminiſtratam, vt ſcribit Sueton. in eius vita cap.6. notat Briſon. lib.14. de verb. ſignificat.verbo præfectos prætorio.

6 Et quidem inter illuſtres primus eſt præfectus prætor. ſeu Rector iuſtitiæ, vt probat text.in l.percipimus §.1. C. de appellat. & in l. de ordinario C. officio præfect. prætorio Orientis, & text.in §.illo in auth. de appellat. collat.4. probat eum poſſe dici illuſtriſſimum propter maiorem præminentiam ad alios illuſtres de quibus late & erudite proſequitur Menoch.de arbitr.iudic. lib.2. Centur.1. caſu 68. nouiſſime Stephan. Gratian. diſceptat.Forenſ. 2.part. cap.284. num. 1.

7 In Francia verò is dicitur Chancellarius apud quẽ eſt omnis poteſtas pręfect.prætorio & quæſtoris notat Purpur. in l.1.nu.93. ff. officio eius cui mandata eſt iuriſdictio. Budæus in annotat. in tit.de officio præfect. prætor. Lucas de Pen. in Rubrica C.præfect.prætor. ſiue vrbis lib.12. relati à Caſſan. in Cathalog.gloriæ mundi 7.par. conſiderat.7. vbi late & diſerte in hanc rem proſequitur. Gama deciſ.1.num.16. Emanuel Barboſa in ſuis Remiſſionibus in tit.1. Ordin. Reg.

8 Apud Hiſpanos autem dicebatur: *Adelantado de Corte*, nunc vero præſes conſilij R. Sic l.19.tit.9.partit.2. l.8.tit.18. part.4. vbi gloſ. aduertunt Gama dicta deciſ.1. num.2. Cabedo dicta deciſ.1. nu.20. cum ſeqq. Molina de 1.gen.lib.2. cap.

cap.7.nu.59. Gom. in l.2. Tau.nu.2. & seq. l.1.tit.4.lib.2. nou. recopilat. & l.2. & 11. vocatur etiam, *sobre juez, y Adelantado de la Corte,* de quo late Perez lib.2. Ordin. tit.13. Gregor. Lop. in l.1. tit.24. glos.1. in princip. partit.3. Redin. de maiest. Princip. fol.54. nu.96. super verbo, sed etiam legibus Simanc. lib.7. de Repub. cap.3. Petr. Greg. de Syntag. Iur. 3.par.lib.47. cap.18. nu.2.

9 De necessitate autem & commoditate administrationis iustitiæ dissertissime prosequitur legislator noster in prologo Ordinat. Regiæ, & in idem est elegans Iustiniani principium Instit. Imper. vbi exornant nouiores, concinitque sapientissimi Hispani legislatoris procemiũ in 3.part. vbi prosequitur Greg. Lopez in l.1. cum seqq. quibus addes quod dicitur in sacra pagin. prouerb. cap.29. Cum præsunt impij, crescit transgressio, at iusti causam eorum intuebũtur. Præsidentium vero integritas salus est subditorum notat Conc. Trident. Sessione 6. cap.1. de reformat.

10 Et sane licet Principes ex gloria, veritate, pietate, & clementia, affabilitate, & ex alijs virtutibus plurimum laudari soleant, præ omnibus tamen ex iustitia commẽdantur. Quippe quod in ea reliquæ omnes virtutes continentur, vt asserit Aristoteles 5. Ethic.

11 Et in hac virtute cæterarum quidam quasi concentus fit, eaq; vt inquit Lactantius 5. diuin. instit. sit aut ipsa summa virtus, aut fons ipsa virtutum. Et dicitur Psalm.10. Iustus est Dominus, & iustitias dilexit, & æquitatem vidit vultus eius.

12 Pluraque illius enchomia tradit eleganter Soto de iustitia

stitia quæst. 1. art. 1. Guilher. in cap. Rainunt. verbo duas habens filias à nu. 106. Cassan. de consuet. burgund. rubric. 1. ex princip. & in cathalogo de gloria mundi 5. par. consid. 5. cum seqq. Cursus Conimb. in lib. Ethic. disp. 9. quæst. 1. art. 1. vbi luculenter pater Molina tract. de iustit. & iure, & vltra eos erudite explicat iustitiæ definitionẽ Mantica de coniectur. vlt. volunt. lib. 1. tit. 3. n. 4. ex Cicer. D. Thoma & alijs exornant nouiores in princ. Instit. de iustitia & iure, & pleriq; alij in l. iustitia 10. ff. illo tit. nouissime Hispan. Ceual. de cognitione per viam violentiæ glos. 17. vbi à nu. 3. cum seqq. iustitiæ virtutes in cõmendationem & laudem iudicũ qui eam administrant ex sacra pagina, & ex prudentũ seu Iurisconsultorũ respõsis late & erudite per ipsum referũtur.

13 Porro circa Rectorem iustitiæ domus Supplicationis notabis quod ad decisionem causarum Rector distribuit Senatores per omnes mensas officiorũ domus Supplicat. dando vnicuiq; quos sibi videtur secundum qualitatem, & numerum causarum.

14 At vero in causis criminalibus in quibus aliquis fuerit accusatus pro casu capitali dat quinq; Senatores, vt cũ Senatore iudice causæ sint n. 6. & non minus ex Ord. Reg. lib. 1. tit. 1. §. 6. obseruat Senat. Cabed. 1. p. decis. 2. n. 5. Et est optima quidẽ prouisio nã corã pluribus iudicibus melius agũtur causæ quam coram vno tantum, vt inquit Arist. Polyt. lib. 3. cap. 11. Sicut conuiuiũ ad quod plures conferũtur melius est quam simplex mensa. Sic iudicia multorũ sæpe meliora sunt quam vnius cuiusque & addit quod multitudo minus subiacet corruptioni quemadmodum aquæ magna cõgeries, sic etiam plures quam pauci incorruptibiliores sunt,

cum vnus iudicum si ira, vel alia animi perturbatione vin
catur necessarium est iudicium corrumpi, sed in multitudi
ne difficile esset omnes irasci atque deuiare, & per amplio
res homines perfectissime veritas reuelatur l.fin. de fide
commiss.cap.de quibus 20.distinct. eleganter vt solet exp
dit Gregor. Lopez in l.5. tit.16. partit.3. glos.1.

15 Et quis ordo seruandus sit in votis Senatorum iden
Cabedo 1.par. decis.6. Gama decis.1. nu.2. & nu.12. nouis
sime Barbosa in suis Remission.ad tit.1. Ordin.Reg.§.9.nu
1. vbi obseruant quod in Senatu statur maiori numero vo
torum etiam iuniorum nullo dignitatis, aut prioritatis tem
poris habito respectu, quod stylo Curiæ receptum fuit, tan
ad sedandas discordias inter Senatores, quam vt finis litibu
imponeretur, & testatur Melchior Phœb. tom. 1. decisio
Lusitan. Aresto 153. de Aresto Senatus circa pœnã incisio
nis membri, & relegationis perpetuæ, quod etiam sex iudi
ces adsint.

16 Quomodo vero res debeat euinci ex maiori parte pe
Senatorum vota tam in absolutione, quam in condemnatio
ne prosequitur Ordinat.Reg. d.tit.1.§.6. & 9. Cabedo 1.p
decis.6.nu. 3. cum seqq. Et faciunt quæ Alex.in l.quod ma
ior ff.ad municipal. vbi cõmunis, & quis prius apud Hispa
nos debeat votũ dare ex pluribus obseruat Barbosa vbi sup
§.9.nu.2.

17 Quod vero attinet ad recusationes oppositas Senatori
bus tempore quo causa decidenda est coram Rectore in Re
latione formam procedendi tradit Ordin.Reg. d.tit.1.§.14
& 15. vbi disponit quod Rector debet cõmittere causas Se

natoribu

natoribus casu quo aliquis ante recusationem oppositam à litigantibus, aut quando post intentatam recusationem antequam procedat ingenue Senator recusatus fateatur se esse suspectum.

18 Aliter enim commissio spectat ad Chancellarium domus quando recusatos Senatores, aut officiales domus Supplicationis ipse iudicat suspectos, aut ipsimet postquam processerit recusatio se suspectos esse fateantur in forma Ord. Reg. lib.1. tit.4. §.4. tradit Senator Cabedo 1.par. decis.44.

19 In causis vero criminalibus prouisum est per nouam extrauagantem reformationis iustitiæ §.18. Circa recusationes oppositas per delinquentes, vt deinceps teneantur in principio allegationum iuris ante conclusionem causæ declarare nomina Senatorum quos habent pro suspectis omnium qui in Relatione fuerint, & in simul causas recusationum, & testes quibus probare eas intellexerint. Et transacto prædicto termino non admittentur cum nulla alia recusatione, neque ad nominationem testium ad illam, licet vna & altera respetatur per restitutionem.

20 Si vero debeat esse iudex casus aliquis eorum quos delinquens nominauerit pro suspectis, Rector domus Supplicationis præcipiet in recusatione procedere in forma Ordin. Reg. d.tit.1. §.14. Eademque forma procedendum erit in causis decidendis, vulgo, *em alçada*, & in criminalibus quæ ad Curiam venerint per appellationem.

21 Si autem nolint delinquentes ante conclusionem in causa de iure suo pro defensione, seu innocentia allegare ab omni recusatione excludentur, & à facultate veniendi cum

illa

illa nec etiam per viam restitutionis.

22 Aduertas tamẽ in proposito quod prædicta lex noua reformationis iustitiæ circa recusationes delinquentium in causis criminalibus non habet locum in processu in quo iudices certi sunt dati ad diffiniendam causam.

23 Ratio est quia quando allegatur de iure ante conclusionem iam habet delinquens iudices certos, quibus postea non poterat opponere recusationes, & si forte postea euenerit, quod eidem detur alius iudex in locum alicuius ex illis certis, poterit illi opponere recusationem quia non est comprahensus in casu legis, vt in Senatu iudicatum est in processu recusationis oppositæ Doctori Emanueli Aluares à Carualho in causa criminali inter Doctorem Franciscũ Vallascum à Gouuea, & doctorẽ Franciscum Leitão, scrib. Ioanne Coelho me patrocinante.

24 Rursus in delictis atrocioribus in quibus videatur quod debeat procedi summarie ad Rectorem spectat conuocare ad mensam magnam sex Senatores in forma Ordin. lib. 1. tit. 1. §. 16. qui attenta qualitate casus, & probatione præcipiunt vt procedatur summarie.

25 Et quibus casibus summarie procedi debeat contra delinquentes obseruat Cabedo 1. par. decis. 206. per tot vbi exornat, & nonnulla dubia in proposito decidit.

26 Quid vero importet verbum summarie, & verba sine strepitu, & figura iudicij, late idem Cabedo 1. part decis. 72. per tot. Marant. de ordin. iudic. 4. par. 9. distinct. circa iudicium ordinarium & summarium.

27 Inter alia autem quæ ex regimine Rectoris ad ipsum spectant

ſpectant eſt præcipere vt petitiones grauaminum quæ eidẽ inmenſa oblatæ adiungantur actibus proceſſuum vt cũ reſponſione iudicum aquibus partes conquæruntur reuerſæ ad Relationem per Senatores grauaminum expediantur ſecũdum Ord. Reg. lib. 1. tit. 1. §. 18. & 19. vt in praxi & ex ſtylo curiæ obtinuit, Cabedo 1. par. Areſto. 92. & idem obſeruari in Senatu Portucalenſi teſtatur Barboſa in ſuis Remmiſsionibus ad Ord. d. tit. 1. §. 18.

28 Quod vero ad Senatores grauaminum ſpectat cognoſcere de petitionibus grauaminis & quibus caſibus tradit Ord. Reg. lib. 1. tit. 6. §. 6. cum ſeqq. Senator Cabed. 1. par. Areſto. 1 & ſi inueniunt quod pars quæ proponit grauamẽ iuſte conquæritur pronũtiant in Relatione grauamẽ ſibi eſſe illatũ ſi vero iniuſte Supplicauit nõ ita idq; circo denegant prouiſsionẽ.

29 Vt autem cognoſci queat de petitione grauaminis, debet Supplicari in auditorio intra decem dies in forma Ord. Reg. lib. 3. tit. 20. §. 46. verſ. *& em termo de des dias.*

Senatus conſultum.

30 Et nouiſsime prouiſum eſt per decretum Senatus quod in auditorio proponatur in voce grauamen coram eodem iudice à quo pars conquæritur, alias de eo grauamine non cognoſcatur, cum tamen ante illud Senatus decretum ſufficeret proponere grauamen coram alio iudice in quolibet auditorio & certitudinem grauaminis adiungere ad acta proceſſus intra decẽ dies quod in praxi receptiſſimũ erat decretũ tamẽ Senatus in ea ratione nititur, quod poterit ipſe iudex à quo grauamen illatum illiquo reuocare.

31 Ad Rectorẽ etiã spectat prouidere Senatores vt causas expediant in locum absentium à Senatu vel eorum qui impedimentum aliud habuerint in forma Ord.Reg.lib.1.tit.1. §.24.ex qua semper debet causam commitere Senatori qui litteris & partibus polleat ad bene inseruiendũ munus quod eidem ex comissione commendatur, & non debet committere Senatori qui aliud officium in domo habuerit.

32 Quod autẽ circa alia cõmissio causæ dicatur personalis nõ realis si exprimatur nomẽ propriũ & dignitatis maxime si ex alijs conjecturis non appareat contẽplatam solam dignitatem est verior & magis cõmunis opinio ex pluribus de quibus Ceuall. quæs.667. nu.1. in fin. Stephan. Gratian. 1. tom.discept forens cap.92.nu.2.cum sequentibus.

33 Et in commissione rescripti pluribus narratis sufficit vnum verificari quanuis aliud non sit verum notat Stephan. Gratian. 1.tomo discept. Forens. capit. 138. numer. 52. 53.54.

34 Cum semper considerandum sit super quibus se fundet Princeps vel præsumatur fũdasse quãdo plures causæ narrãtur in rescripto quarum aliquæ sunt veræ aliquæ subreptitiæ Lapa allegat.24.incip.limitat ad fin.

35 In casu autem dictæ Ord.Reg.lib.1.tit.1.§.24.circa cõmissionem Rectoris in locum Senatoris grauaminis absentis vidimus dubitatum, in causa Emanuelis Veloso scriba appellationis Estephan.de Viana contra dominam Franciscam Velosa vtrum dicatur cessare impedimentum absentiæ Senatoris vbi primum advenerit ad ciuitatem vt datus in eius locum procedere nequeat & deliberatio vulgo tenção post illius

illius aduentũ ad vrbẽ ſit nulla anuero valida cum fuerit ad ſcripta antequã Senator abſens ad Relationem aduenerit.

36 Et videbatur dicendum ceſſare impedimentum abſentiæ Senatoris vbi primum ad vrbem aduenerit ita vt alius procedere nequeat ex verbis prædictæ Ord. §. 24. verſ. *E tanto que ceßar o dito impedimento, ou abſencia o Dezembargador recolherà ſeus feitos*. quia coadiutoris officium ceſſat impedimento ceſſante, Tiraq. in Reg ceſſante cauſa 1. par. nu. 189.

37 Cæterum contrarium viſum fuit ex verbis ſequentibus ibi, *O Dezembargador recolherà ſeus feitos no ponto & eſtado em que os achar ſem fiquar algum feito à aquelle á quem o dito officio for commetido*. Ergo dicendum eſt quod interimdum Senator abſẽs à domo non recuperauerit acta ſeu proceſſus recte ſubſtitutus poterit deliberare & expedire præſertim cum debeãt recolligi in terminis & ſtatu in quo fuerint inuenti.

38 Rurſus quia verbum gerũdij, *recolhendo*, & verbum ſimile *recolherà*, cõditionẽ inducit nempe ſi recuperauerit vt probat tex. in l. ſitu ex parte & ibi tradit Bart. col. 2. ff. acquir. hædit & poſt Alex. & Paris tradit Vallaſc. 2. to. cõſult. 149. n. 2

39 Tertio quia alias ſequeretur maximũ incõueniẽs quod ex hoc capite plures ſentẽtiæ Senatus annullarẽtur cõtra autoritatẽ eiuſdẽ Senatus, & anſadaretur pluribus dilationibus & ita ſeruat ſtylus & pro hac parte nuper cenſuit Senatus in prædicta cauſa poſthabitis impedimẽtis oppoſitis in cõtrariũ

40 Ad Rectorem etiam ſpectat prouidere & ſubſtituere perſonas quæ inſeruiant pro officialibus defunctis abſentibus ſeu impeditis per ſpatium duorum menſium abſente Rege à curia vt diſponit Ord. d. tit. 1. §. 25.

41 Ex qua etiam solet Rector substituere litteratos in loc aduocatorum domus Supplicationis dato impedimento c tamen illa facultas a Rege data sit dumtaxat circa offici nominatim expressa in d.§.25.quæ nudum tantum mini terium requirunt & nõ potest extendi ad alia, & maxime a aduocatos domus Supplicationis quia illud munus non pc test inseruiri nisi ab illis qui fuerint electi in forma Ord.lib 1.tit.48.§.1.vel ad inseruiendum habuerint prouisionem re giam vel Senatorum palatij in forma Ord. d. tit. 48. §. 5. i *posto que prouisaõ tenhão de qualquer outra pessoa como não for no são os dos nossos Dezembargadores do Paço;* ac proinde Rector no habet facultatem prouidendi substitutiones vulgo as seru tias aduocatorũ domus Supplication. quia ratio examinis a qualiter militat tã in aduocato proprietario quã in substitu

Circa Audientiam Generalem.

42 Deinde omissis alijs quæ ex Regimine Rectoris clari inotescunt. circa §.30.d.tit.1.obseruandum est quod in fin singulorum mensium in domo Relationis audientiam ge neralem facit incarceratis vbi conueniunt præsides curiale causarum criminalium cum Senatoribus ad arbitrium Rec toris cõuocatis & insimul cõueniũt scribbæ Iudicũ & præ dũ causarũ criminaliũ ciuitatis & Curiæ & inquisitionis pub corũ peccatorũ qui õnes solẽt respõdere ad folia delinquẽti

43 Hæc autẽ auditẽtia generalis fit in casibus in quibus de cit priuatus accusator vel propter leuitatẽ vel incarcerati term no ab ipsis signato in actis volũt quod secundũ merita actor

sum-

Sũmarie diffinitiua sententia proferatur, & Rector Iudices causæ donat in forma Ord. Reg. lib. 1. tit. 1. §. 6. & §. 13. & §. 30

44 Cæterum post prolatam sententiam condemnationis potest peti copia Actorũ ad impedimẽta obijcienda ad illius reuocationem, & in ipsismet actibus dari præcipitur & plerumque per impedimenta opposita reuocatur.

45 Maxime si minor sit condemnatus, & allegauerit per viam restitutionis quod fuerit læsus in signando termino quod secundũ merita Actorũ iudicaretur & in omittendo allegationes, & probationes defẽsionis & innocẽtiæ, & propter defectũ curatoris ad litẽ quia si datus foret curator in forma juris & ordinationũ formaret articulos talis & talis defẽsionis propter quos fortassis vel necessario esset absoluẽdus.

46 Similiter opponuntur impedimenta executionibus viliũ pænarũ, & ita practicari solet & in hac forma me patrocinante in pluribus casibus procedi vidi & per impedimenta obtinui quod sententijs condemnationis reuocatis ordinarie in causa procederetur.

47 Denique circa similem visitationem incarceratorum à quæstoribus parricidis vulgo, *Alcaldes de Corte*, apud Hispanos & plura in proposito eleganter prosequitur Bobadilha in sua Polytica. lib. 3. cap. 15. per totum, *de la visita de carcel y de lo Criminal*. Azeuedo in l. 1. tit. 24. lib. 4. Nouæ Recopilat. nouissime apud nos meminere Barbosa in Remissionibus ad §. 30. tit. 1. Ord. Mẽdes à Castro in Pratic. Lusit. li. 5. c. 1. n. 31

48 Vlterius Rector singulis annis inquirit ex offic. cõtra officiales domus Supplicationis, & si in criminibus compræhenduntur, remittit liberationem. Iudici Chancellariæ

 eiusdem

eiuſdem domus in forma Ord.Reg. d.tit.1. §.31. cum ſeqq. Et quid ſeruetur contra aduocatos, qui intra terminũ proceſſus non reddũt. Emanuel Barboſa in Remiſſion.ad §.32 tit.1. Ordin.

49 Deinde ad Rectorem ſpectat prouidere, & conſeruare ſtylos Curiæ, & bonas conſuetudines, quæ ſemper fuere obſeruatæ in prædicta domo circa ordinem proceſſuum ex Ordinat. d.tit.1. §.37. Notat Cabedo 1.par. deciſ.2. nu.11. vbi plura de ſtylo remiſſiue, & deciſ.201. Nouiſſime Barboſa in Remiſſion. ad d.§.37.

50 Et quod ſtylus Senatus Supplicationis pro lege debeat obſeruari diſponit Ordin.Reg. lib.3. tit.64. in princ. Exornant D. Gama deciſ.16. nu.7. Vallaſc.1.to.conſult.62.nu.9. Cabed.1.p.deciſ.3 nu.5. & deciſ.212. nu.5. Nouiſſime Barboſa in ſuis Remiſſio. ad d.tit. 64. Et quod faciat ius & habeatur pro lege etiam cõtra diſpoſition. iuris cõmunis notat Stephan.Gratian. 1.tom. diſceptationum Forenſ. cap. 19 num.2.

51 Aduertas autem quod ſtylus, vt ſi validus & ſeruandus debet eſſe præſcriptus, & quod venerit in notitiam populi, aut maioris partis iuxta declarationes de quibus per Aimon de antiquit temporis 4.par.in principio nu.36. Alex. conſ.36. in fin. lib.2. Rebuf.de conſuetud. art.2. gloſ.13.nu. 11. tom.3. Relati à doctiſſimo Stephano Gratiano 1. tom. diſcept. Forenſ. cap.143. nu.22.

Senatus conſultum.

52 Et ita extat Senatus conſultum in libro 8. Relation-

fo

fol. 1·9. Quod consuetudo seu stylus non potest præualere si fuerit lex scripta in contrarium, & non ostendatur sententiæ, vel Relationis decretum, quod stylum approbet. Et facit ad intellectum difficilis text. in l. 2. C. quæ sit longa consuetudo. Et quæ Minsinger in §. ex non scripto nu. 6. Instit. de iure naturali gent. & ciuili, vbi Hispanus Pichardus ingeniose explicat nu. 3. dd. in l. de quibus ff. de legibus.

53 Præterea obseruabis ex Ordinat. dict. tit. 1. §. 39. Quod si aliqui domini terrarum, aut personæ qui habuerint iurisdictiones, vsi fuerint maiori iurisdictione quam ea, quæ illis concessa est per donationes regias Rector non permittet, & contra illos debet procedere in forma prædictæ Ordinat.

Stylus.

54 Et in hoc casu praxis & stylus est quod à parte quæ cõquæritur à domino terrarum seu ab eius Auditore fiat petitio grauaminis Rectori narrando quo pacto excedat limites donationis Regiæ, & vtatur maiori iurisdictione quam eidé concessa, vt prouideat. Rector vero iubet, vt petitio adiungatur processui, & deuoluta ad Relationem cum responsione, tunc Senatores grauaminum expediunt in Relatione, vulgo, *per Acordão*, & pronuntiant grauamen esse illatũ, vel non, & ita me patrocinante vidi practicari in causa appellationis, inter partes Pantaliāo Correa Aposentador da Corte, & gonçalo Thome, Escriba Luis Lopez.

55 In proposito autem circa iurisdictionem dominorum prosequitur Ordinat. Reg. lib. 2. tit. 45. per tot. Cou. pract.

 cap.

cap.1. & 2. & cap.4. per tot. Vallasc.de Iure Emph.quęst. 8.à nu.22. Latissime Bobadilha in sua Polytica, lib.2.ca.16. per tot.

56 Et quod iurisdictionalia pręscribi nequeāt, neque etiā possessione immemoriali ex Ordinat.Reg. dict. tit.45. §. 10. Tradit Vallasc. d.quæst.8. num.28. Cabedo 2.par.decis.11. nu.5. & 13. & decis.12. nu.1. cum seqq. Et decis.14.num.4. pater Molina de iustitia 1.tom.disput.75, fol.456.

57 Reges que Portugaliæ circa iurisdictionem fundatam habent intentionem ita vt nullus eam possit exercere sine eorumdē.facultate vt obseruat Vallas.d.quæs.8.nu.21. Senator Cabed.2.par.decis.9.nu.1.& à nu.8.

58 Item inter præcipua muneris Rectoris est cum cura, & vigilantia scire quomodo Senatores & officiales deputati ad iustitiæ administrationé se gerant. & vtantur suis officijs ad laudem seu increpationem in forma Ord. Regiæ d. tit.1.§.45.Cabed. 1.par.decis.2.nu.10.Foller.in PracticaCriminali 1.par. Rubr. studeat se ornare bene viuédi moribus.

59 Addes tamen in proposito dictum Psalmistæ 32. rectos decet collaudatio & tex.in l.iustissimos C. de offic. Rectoris Prouinciæ quod publice cōmēdandus est si, bene quis se in suo offic.laudabiliter habuerit; sicut enim ignis aura flāte sit grandior ita bonæ mentis studia commendatione proficiunt vt ait Gregor.in Registro lib.6.cap.109.vnde Cassiodor.1.var.Epist.13.debetis bene agentibus vt eos laudis vestræ comitetur ascensus; nam si equorum cursus hominum clamoribus incitantur & insonantium manibus agitur vt à multis animalibus velocitas appetatur, quanto magis homines.

mines inde ſtimulari poſſe credimus, qui ad laudis auiditatẽ naros ſingulariter inuenimus, & ideo cecinit Ouidius.

Laudataque virtus.
Creſcit & imenſum gloria calcar habet.

Et Poeta Syllius Italicus.

Abripuit, traxitque virum fax mentis honeſtæ
gloria.

Faciunt quæ Azeuedo in l.7.lib.3.tit.7. Nouæ Recopilationis, Foller in pratic. criminali.7. par. principali. rubrica de laudibus & fructibus officiorum.

60 Merito igitur Ord.Reg.d.tit.1.§.38. ad Rectoris officium ſpectare aduertit procurare honorem & mercedem Senatoribus & alijs officialibus iuſtitiæ domus Supplicationis ſuper quibus habet regimen & facere eiſdem obſeruare priuilegia quæ illis competunt Cabed.1.par.deciſ.2.nu.10.

61 Et in d.§.45.iubet rectos inter alios laudare & iniquos repræhendere ſeu increpare. Facit tex.in.l.1.ff.de iuſtitia & iure. vbi exornant cõmuniter dd. quod vnius commendatio cæteris excitat æmulationem. probat optime Ord.Reg.d. tit.1 in princ. ibi *E com ſeu exemplo incitara aos outros à nos bem ſeruirem.* & in d.§.45.ad fin. ibi *para que à honra è merce que os taes de nos receberẽ & o caſtigo que dermos aos que taes não forem por ſuas culpas ſeja a outros exemplo, &c.* Faciunt quæ eleganter Valer: lib.2.de iuſtit.c. dñs 95.diſt. apud Hiſpan. l.2.tit.27.part.2. obſeruat. Barb.in ſuis Remiſsion.ad d.§.45.tit.2.Ord.Reg.

62 De petitione autem grauaminis quæ fit Rectori vt cum quinque Senatoribus cognoſcat de grauamine Ordinationis non ſeruatæ agit Ord.Reg.lib.1.tit.5.§.6. vbi latius adnotabimus circa Senatores domus Supplicationis.

Stylus.

63 Rector etiam incarceratis nobilibus in domo propri ſub hominij nexu, ſeu homagio, vulgo, *preſos em ſua homenagem*, de quibus Ordin. Reg. lib. 5. tit. 120. Concedit faculta tes & licentias exeundi per ciuitatem ad negotia peragend certis diebus Hæbdomadis, ſeu feſtiuis, vt ſacris poſſint a eſſe ex ſtylo Curiæ ex quo intelligitur egregia Ordinat. Re in propoſito, lib. 5. tit. 120. §. 5.

64 Vbi diſponit quod nullus iudex à quo prouocari ſe ſupplicari poſſit nequeat ampliare liberam capturã, vulgo *a homenagem*, & ita cum à Rectore iuſtitiæ non poſſit prouo cari, nec ſupplicari ex l. vnica ff. offic. præfecti prætorio l. ff. à quibus appellar. non lic l. 1. de ſentent. præfect. prætor fit manifeſtum, quod ipſe habet ſolum facultatem licentian di captum in domo, vt ſupra.

65 Quod idem obſeruari ſolet à magiſtratibus à Reg miſſis ad Prouincias ad puniendа atrociora delicta, vulgo *com alçada*, vt pote quia ab ipſis non datur prouocati ordinarie, niſi per viam recurſus ad Regem ex Ordin. lib. tit. 80. §. 11. in fin. & lib. 3. tit. 78. in principio.

66 Item ad Rectoris munus ſpectat relegatos ad Africam è carcere mittere ſub fideiuſſione præſtita, & cartas, vulgo, *de guia*, dare in forma Ord. Reg. lib. 5. tit. 140. §. 6. & tit. 141. §. 7.

ANN

ANNOTATIO III.

DE CHANCELLARIO DOMVS SVPPLICATIONIS.

EPITOME.

1 *QVÆSTORVM dignitas, & amplitudo magna apud Romanos, cui æquiparatur ea, quæ apud nos Chancellario maximo attribuitur.*

2 Romæ erant quæstores ærarij, qui & candidati Principis dicti sunt.

3 Ex authoritate plurium idem confirmatur.

4 De Chancellario domus Supplicationis agitur.

5 Officium Chancellarij domus secundum est eiusdem domus post Rectorem iustitiæ.

6 Ad Chancellarium domus spectat accurate inspicere omnes chartas, & sententias signatas à Senatoribus antequam sigillo muniantur.

7 Ad ipsum quoque spectat cognitio omnium recusationum, qui opponuntur Senatoribus, & reliquis ministris domus Supplicationis, & quomodo in ijs procedatur.

8 Casus in quo cognitio, nec cõmissio spectat ad Chancellarium, sed ad Rectorem iustitiæ.

9 Cognitio dubiorum circa illud quod soluendum est in Chancellaria spectat ad Chancellarium.

10 Adesse debet periculo seu examini aduocatorum, qui per oppositionem nituntur obtinere locum in domo Suplicationis.

11 Si Rector iustitiæ abfuerit Chancellarius in eius locum subrogatur.

Quando

12 *Quando Chancellarius legitime impeditus est, vel necesse est abesse á domo relinquere debet sigillum uni ex Senatoribus grauaminum.*

13 *Post obitum Chancellarij Rector debet admonere Principem vt provideat interim tamen inseruiet antiquior Senator grauaminum.*

14 *Circa alia remissiue ad Ord.*

15 *De forma procedendi circa recusationes de quibus cognoscit Chancellarius domus Supplicationis.*

16 *Scribba actorũ iudicis Chancellariæ domus supplicationis scribit in actis recusationum de quibus Chancellarius cognoscit.*

Senatus consulta.

17 *Decretũ Senatus in lib. 8. Relationis in casu quo recusatio opponitur Chancellario, & Senator antiquior grauaminum qui eius vice fungitur se suspectum esse fatetur quis debeat cognoscere.*

18 *Intelligitur Ord. Reg. lib. 1. tit. 4. §. 13. ex Senatus consulto.*

19 *Assignatur ratio quod generaliter prædicta Ord. intelligatur.*

20 *Intelligitur Ord. lib. 3. tit. 21. §. 21 & 22, ex decreto Senatu*

21 *Supremi Senatus decisio in proposito.*

22 *Vtrum Ord. Reg. d. tit. 21. & 22 Cõprahendat impediment opposita sententijs diffinitiuis recusationum transacto termino prædicta legis*

23 *Decretum supremi Senatu nouissimum in quo reuocatum e Arestum antiqum.*

24 *Ratio assignatur.*

25 *Decisio in causa Doctori Francisci Leytão cũ Doctore Frãcisco Vallasco de Gouuea secund prædictum Senatus consultum.*

26 *Sententiæ prolatæ à quibuscumque Senatoribus & alijs iudicibus qui ex rescriptis Regijs cognoscunt de certis causis cum a iunctis in Relatione debent trans re per Chancellariam domus no mine Regis.*

Stylus.

27 *Et sequentibus vsque ad n 30. declaratur forma procedend in recusationibus coram Chancel lario domus Supplicationis.*

ANNO

ANNOTATIO III.

DE CHANCELLARIO DOMVS SVPPLICATIONIS.

1 EX ijs quæ apud veteres de poteſtatibus Romanorum tradita ſunt, obſeruandum eſt quæſtorum dignitatem magnam fuiſſe & amplitudinem cui æquiparatur ea quæ apud nos Chancellario maximo attribuitur in Ord.Reg.lib.1.tit.2.

2 Inter quos erant Romæ quæſtores ærarij qui ærario præfecti erant & ſumptibus publicis, de quibus in tit de officio quæſtoris quos & candidatus Principis poſtea appellatos eſſe docet Briſon lib 1.ſcelect antiquit. Raphael Volater.de Magiſtratibus & Sacerdot Roman. verbo quæſtores vbi ait eorum officium partim ærarij & vrbanæ pecuniæ curam gerere partim Prouincias exigendis vectigalibus ſortiri quandoque in Senatu occupari.

3 Et hos candidatos Principis eſſe dictos teſtatur Flocus alias Feneſtella lib.2.de poteſtatibus Roman cap.3.Varro 1. de lingua latina & late proſequitur Matienſo in Dialogo relator 1.part.cap.2.à nu.2.cum ſeqq. & cap.3.& 4. Menoch. de arbitr. iudic.lib.2.centur.1. caſu. 68.à nu.7.cum ſeqq. & de alijs remiſsiue Barboſa ad Ord.d.tit.2.nu.10.

Omiſſis

4 Omiſsis igitur his & alijs quæ ſpectant ad Chancellari
maximum Regni; de Chancellario domus Supplicationi
proſequitur Ord.Reg.lib.1.tit.4.per totum.

5 Huiuſce autem officium ſecundum eſſe eiuſdem domu
tradit Ord.d.tit.4.inprio ſcilicet poſt Rectorem iuſtitiæ & v
bi primum à Rege conceſſum eſt antequam inſeruiat eide
Rector eiuſdem Senatus præbet iuramentum in menſa ma
na coram omnibus Senatoribus qui adſunt.

6 Ad eundem vero ſpectat diligenter & accurate inſpicer
omnes chartas & ſententias ſignatas à Senatoribus prædi
tæ domus Supplicationis antequam ſigillo muniantur, & i
dubijs quæ ſolent occurrere circa tranſitum Chancellari
obſeruat diſpoſitionem Ord.Reg.d.tit.4.§.1.cum ſequentib

7 Ad ipſum quoque ſpectat cognitio omnium recuſatio
num quæ oppoſitæ fuerint Senatoribus & reliquis miniſtri
domus Supplicationis, & ſi proceditur in recuſatione, alij
Senatoribus ex arbitrio ſuo cauſas committit; de quare plu
ra Senator Cabedo 1.par.deciſ.44.

8 Cæterum ſi recuſatio oppoſita fuerit coram Rector
eiuſdem Senatus Supplicationis cuipiam Senatori qui a
fuerit deciſioni cauſæ in Senatu aut in caſu quo Senator r
cuſatus antequam recuſatio procedat ingenue fateatur ſe e
ſe ſuſpectum, tunc cognitio non ſpectat ad Chancellariu
nec commiſsio, ſed ad Rectorem iuſtitiæ, vt diſponitur i
Ord.Reg.lib.1.tit.4.§.4.

9 Inter alia etiã ad eundem Magiſtratum ſpectat decider
in Senatu quælibet dubia quæ ſuperuenerint circa illu
quod debet [illegible] Chancellaria pro quibuscumque cha

us q

tis quæ per Chancellariam trensierint, prout disponitur in Ord.Reg.d.tit.4.§.7.obseruat Cabedo decis.17. & decis.18.

10 Item adesse debet periculo seu examini aduocatorum qui nituntur obtinere locū in domo Supplicationis, & illis qui obtinuerint per oppositionem, approbationis præbet certitudinem, ratione cuius Senatores palatij ab eisdem chartas signatas illis dare præcipiunt, quæ sigillo regio à Chancellario maximo muniuntur ita disponitur in Ord.d.tit.4.§. 8.& eodem lib.1.tit.48.§.1.

11 Si autem Rector iustitiæ absuerit is Chancellarius in eius locum subrogatur vt disponit Ord.d.tit.4.§.16. & sæpe id euenire solet.

12 Quando vero hic Magistratus impeditus est legitime vel necesse est abesse à domo relinquere debet sigillum vni ex Senatoribus grauaminū cum arbitratu Rectoris iustitiæ.

13 Si autem obierit Chancellarius idem Rector debet admonere Principem de obitu, vt prouideat, interim tamen prædictum munus inseruiet antiquior Senator grauaminū vt disponitur in Ord.d.tit.4.§.17.

14 Cætera denique quæ ad huiusmodi officium spectant ex eadem Ord.inotescunt.

15 De forma vero processus circa recusationes de quibus cognoscit Chancellarius domus Supplicationis prosequitur.Ord.d.tit.4.§.13.& latius notauimus circa recusationes generaliter in annotationibus ad formā libellorum & allegat iudic annotat 51.

16 Aduertas tamen quod scribba actorum iudicis Chancellariç domus Supplicationis scribit in actis recusationum

de qui-

de quibus cognoſcit Chancellarius qui perſonaliter teſte
interrogat ſuper articulis recuſationum & non poteſt id
committere alteri officiali.

Senatus conſulta.

17 Dubitatum eſt in ſupremo Senatu vtrum quando recu-
ſatio opponitur Chancellario & Senator antiquior graua-
minũ qui eius vice fungitur, ſe ſuſpectum eſſe fatetur, vt n
poſſit de recuſatione oppoſita Chancellario cognoſcere; ſ
ſequens Senator qui in eo caſu tanquam Rector præſidet e
Ord.& eſt Chancellarius ipſo jure ex eadem licet ſit adſeſ
ſor in caſu principali, in quo Chancellarius recuſatus eſt, d
bet cognoſcere & iudicare recuſationes oppoſitas Chancel-
lario, & alter ad ceſſor in cauſa principali tanquam Chan-
cellarius, aut remittere tanquam Rector & decretum e
per plures Senatores grauiſsimos quod debebat & potera
cognoſcere de recuſationibus & iudicare: quamuis eſſet ad
iunctus in cauſa principali de quo extat Senatus decretum
in lib.8.fol.135.verſ. & hæc deciſio nititur in reg. ſubrogatũ
ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatur l. ſi eum ff. ſ
quis caut. etiam in honore & præeminentia vt obſerua
doctus Stephan. Gratian. 1, tom. diſcept. Forenſ. cap. 10
nu. 15.34.35.36.

18 Ruſius dubitatum eſt circa Ord. lib. 1. tit. 4. §. 13. quate
nus præcipit quod Chancellarius de recuſationibus cognoſ
cat cum Senatoribus quos Rector ei nominauerit ſi i
caſu in quo Rector Senatores non poſsit nominare cũ fue

rit suspectus, poterit Chancellarius perse suscipere adsessores pro vt sibi videbitur, & decisum fuit per plures Senatores in id conuocatos coram Rectore domus Supplicationis, quod eo casu Chancellarius debebat petere adiunctos Senatori grauaminum antiquiori eiusdem domus.

19 Quia prædicta Ord. Reg. procedit indistincte & generaliter dãdo formã decisioni recusationũ, & ita intelligenda est quod in omni casu requirit quod Chãcellarius petat adsessores aut Rectori, qui est casus magis ordinarius, aut si fuerit suspectus, Senatori grauaminũ antiquiori domus qui remanet fungẽs officio quando deficit Rector, & Chancellarius iuxta Ord. lib. 1. tit. 1. §. vlt. vtque ãplius in dubitationẽ non veniret huiusmodi decretum iussit Rector scribi in lib. 8. eiusdem Senatus signatũ per Rectorẽ & grauissimos Senatores fol. 147. Et merito quia forma legis est præcise obseruãda vt alias notat insignis Barbos. in l. diuortio §. interdũ nu. 30. ff. solut. matrim. doctus Steph. Grat. 1. tom. discept. Forens. c. 27. n. 4. Rursus quia lex seu dispositio quælibet generaliter loquẽs cõpræhẽdit omnẽ casũ vt notatur in l. in fraudẽ in fin. ff. milit. test. & dispositũ in vno exæquiparatis in alio militat, socin. in l. 1. n. 10. ff. de except. Ias. in l. si prius n. 55. ff. nou. oper. nũtiat Tãdẽ quia illud etiã videtur dispositũ in lege, quod legislator verosimiliter diceret si interrogatus fuisset, argumento l. ex facto in princip. ff. de vulgari & ex pluribus exornat lusit. Card. do Amaral in sua sũma seu praxi iudiciũ verb. lex. n. 7.

20 Deinde aliud dubium propositum est coram Rectore in mensa magna circa intellectum Ord. Reg. lib. 3. tit. 21. §. 21. & 22. vbi disponitur quod quadraginta quinque

 dies

dies recusationis sint continui, & illis transactis amplius n
agatur, nec procedatur non obstantibus quibuscumque im
pedimentis, vtrum prædicta Ord. deberet etiam procede
in casu quo intra hos quadraginta quinq; dies opponatur
parte aduersa recusatio Chancellario, & transacti fuerun
impedimento dictæ secundæ recusatiois.

21 Et decisum fuit quod tempus in quo Chancellari
fuit impeditus tali recusatione quæ ei fuit opposita non d
bet numerari in illo termino quadraginta quinque di
rum primæ recusationis, quippe quod illi dies talis imped
menti nõ currant, cum in illis non fuerit iudex qui cogn
ceret, & tempus limitatũ ab Ord. Reg. ad decisionẽ recu
tionum intelligatur si fuerit iudex, quod ex eadem collig
tur d. §. 22. in prio, & huiusmodi decretum Senatus extat
libro 8. fol. 147. verso, & decretum Senatus nititur
reg. l. vnicæ C. anali except. cap. quia de præbend. Cabed.
part. decis. 76. à numer. 5. late Caldas de renouat. qnæs.
à numer. 3.

22 Tandem Nouissime dubium excitatum est in Rela
ne coram Rectore iustitiæ, vtrum Ord. Reg. lib. 3. tit. 21.
21. & 22. compræhenderet etiam impedimenta quæ part
opponebant Sententijs diffinitiuis recusationum transac
termino prædictæ legis, ita vt de illis cognosci nequeat p
quradraginta quinque dies, sicut non potest cogno
de recusationibus, casu quo sint impedimenta nullita
falsitatis corruptionis testium, & id genus alia.

23 Et decretum est per plurimos Senatores quod de nul
impedimentis poterat cognosci transacto illo termi
nõ

non obſtante Areſto de quo teſtatur in contrarium Senator Cabed.1.par.Areſto 21.

24 quia tam verba, quam mens Ord. omnia compræhendunt circa recuſationes & acceſſoria; attenta etiam quadam charta regia ſcripta Chancellario domus Portugalenſis de qua meminit Thomas Vallaſcus in ſuis allegationibus.

25 Et ita res euicta eſt per quatuordecim Senatores cum Rectore iuſtitiæ in Relatione, & ſecundum huiuſmodi decretum ſupremi Senat. Sententia promulgata eſt in cauſa Doctoris Franciſci Leytão cum Doctore Frãciſco Vallaſco de Gouuea, ſcriba Ioanne Coelho in recuſationibus oppoſitis Senatori Doctori Emanueli Alueres de Carualho.

Et merito quia vltra regulam, quod acceſſorium ſequatur naturam principalis, notat. Barboſ. in l. diuortio §. quod in anno. nu. 6. ff. ſolut. matrim. lex extenditur de vno connexo ad illud, quoniam illud quod de vno dicitur neceſſe eſt vt de alio connexo intelligatur exornat ex pluribus Cardoſo do Amaral in ſumma verbo lex. num. 10.

26 Inuenimus etiam decretum Senatus in lib. Relationis fol. 129. quod ſententiæ prolatæ à quibuscumque Senatoribus aut alijs iudicibus qui per diplomata regia cognoſcunt de certis cauſis eaſque expediunt cum adiunctis in Relatione debent tranſire per Chancellariam prædictæ domus nomine Regis, idque licet huiuſmodi cauſæ, quæ ita fuerint cõmiſſæ per huiuſmodi reſcripta, originaliter ſpectarent ad alium iudicem, licet ſit limitatus.

 ANNO-

Styli circa processum recusationum coram Chanllario domus Supplicationis.

27 Proposita recusatione formari solent articuli qui per scribam iudicis Chancellariæ prædictæ domus actuantur.

28 Postea Chancellarius pronuntiat interlocutoriã quod pars deponat cautionem & cum ea fiat conclusio.

29 Deinde ex Relationis placito vulgo per *A cordão da Relaçao*, profertur alia interlocutoria quod procedunt aut non articuli recusationum, & si procedunt præcipitur quod recusatus respondeat positionibus cum iuramento muneris eiusdem cui datur copia ad respondendum singulis articulis super quibus loco probationi datoipsemet Chancellarius testes interrogat. & recusans publicatis testibus allegat de iure & tandẽ profertur sẽtẽtia diffinitiua ex Relationis placito quod non probatur vel probatur recusatio, & quod ammittatur vel non ammittatur cautio per recusantem.

30 Impedimenta ad processum recusationum appendi solent & in actu separato exemplantur articuli recusationum vbi formantur impedimenta ad processum recusationum & Relationis placito recipiuntur vel non & proceditur sicut in alijs.

(.?.)

ANNO-

ANNOTATIO IIII.

DE SENATORIBVS DOMVS SVPPLICATIONIS.

EPITOME.

E SENATO-ribus domus Supplicationis remissiue.

2 Senatorum potestas adæquatur Principi & censentur pars corporis eius.

3 A sententia Senatus non appellatur & cognoscere de appellationibus In vltimo referto est de regalibus.

4 A sententia Senatus potest Supplicari ad Regem quod remedium vulgo Reuysta nuncupatur de qua & eiusdem processu remissione & de impedimentis oppositis in Chancellaria.

5 Magistratus domus Supplicationis recensentur.

6 De eorum præcedentia, & de actualibus, vacantibus & honorarijs remissiue.

7 De Priuilegijs Senatorum remissiue.

8 Omnes magistratus Regni debent obseruare ordinationes & leges regias.

9 Quomodo coram Rectore in mensa magna decidenda est dubitatio seu controuersia circa intellectum alicuius Ord. Regiæ.

10 Si controuersia decidi nequeat debet á Rectore certiorari Princeps vt prouideat cui competit leges interpretari, sicut cōdere.

11 Illud tamen limitatur non procedere in expositione litterali.

12 Sub prohibitione interpetrationis non censentur prohibiti indices seu admonitoria, scholia & annotationes.

13 Id ipsum concessum est circa Consilium Tridentinum.

14 Circa Consilium Tridenti-

num contrarium videbatur dicendum.

15 *Excluso generaliter omni interpetrationis genere, litteralis seu athymologica interpetratio exclusa uidetur.*

16 *Ceternm Remissiones Doctorum Nouissime admissæ fuere.*

17 *Vtrum possit Rector domus Supplicationis cognoscere de gravamine in quo partes cenquærruntur non fuisse obseruatam Ordinationem Regiam à Senatoribus quãdo pronuntiatio facta est per senatores insimul deliherãtes vel ex Relationis placito vulgo per Acordão? circa intellectum Ord. Reg. lib. 1. tit. 5. §. 4. & 6.*

18 *Arguitur pro parte affirmatiua.*

19 *Confirmatur ex Ord. Regi perpensa in hanc partem.*

20 *Id ipsum ex generalitate regula quam Ord. Reg. assignat.*

21 *Idem ex verbis & mẽte ordinationis & ex iuris Principijs & num. 22. & 23.*

Senatus consulta.

24 *Pro parte negatiua decreuit Senatus, de quo Regi conquærendum esset vt prouideat.*

25 *Senatus decretum circa intellectum. Ord. Reg. libr. 1. tit 5. §. 9.*

ANNOTATIO IIII.

DE SENATORIBVS DOMVS SVPPLICATIONIS.

1 DE Senatoribus domus Supplicationis Curiæ Olysiponensis agitur late in Ord. Reg. lib. 1. tit. 5. per tot.

2 In proposito tamen obseruabis 1. quod Senatorum potestas adæquatur Principi & censentur pars corporis eius l. quisquis C. ad l. iul. Maiestat. Matiens. in Dialogo Relatoris. 1. par. cap. 4. nu. 9. & 10.

2 Secundo notabis quod à sententia Senatus non appellatur. l. 1. ff. à quibus appellare non licet l. præfecti ff. de minoribus cap. anteriorum 2. quæs. 5. specular in tit. de appellat. 6. videndum circa fin. facit quod notat. Bald. in proæmio & Panorm. in rubric. de appellat. guido Papa quæs. 1. & cognoscere de appellationibus in vltimo referto est de regalibus cap. 1. quæ sint regalia

4 Alia tamē dātur remedia nēpe per Supplicationē ad Regē vulgo reuista de qua & eiusdē processu late egimus in nostris annotationibus ad formā libellorū & allegationum iudicialium Caminhæ annotat. 56. per tot. vel nullitatis per

impedimenta opposita in Chancellaria ex Ord.lib.3. tit.87
§.1.& §.4.ne transeat sententia de quibus cognoscunt. idem
Senatores qui fuere in sententia cui opponuntur impedi
menta ex Ord.lib.1.tit.1.§.10.

5 Porro apud nos vt causarum de quibus agitur in Senat
Supplicationis decisio breuis sit dispositum est ab.Ord.Re
d.tit.5.in priò quod vltra Chancellarium prædictæ domi
in ea existant decem Senatores grauaminum & appellatio
num, duo quæstores parrecidi, vulgo *Corregedores do crime d*
Corte alteri duo præsides seu correctores causarum ciuilium
duo iudices causarum Coronæ & patrimonij regalis, qua
tuor auditores appellationum causarum criminalium, v
nusquoque aduocatus Coronæ Regiæ, alter procurator pa
trimonij regij; quidam iudex Chancellariæ, vnus etiam pro
motor iustitiæ, & quindecim Senatores vacantes mem
nit Nouissime Mendes à Castro in sua Practic. Lusitan. lib
1.cap.2.§.2.

6 De horum autem præcedentia prosequitur Senator Ca
bed.1.part.decis.3.Gama decis.1.& de actualibus & vacan
tibus Cabed.decis.4.vbi etiam de honorarijs qui nomen siu
titulum tamtummodo adepti sunt nu.4.

7 De priuilegijs vero Senatorũ late prosequitur Ord.Re
lib.2.tit.59.latissime Senator Cabed.1.par.decis.213.pertot

8 Et tam hi quam alij Magistratus Regni debent obseruar
ordinationes & leges regias, aliàs eo ipso remanent par
tibus suspecti & incurrunt in pænas Ord.d.tit.55.4 . & 6
eorũque sententiæ nullæ redduntur ex dicta Ord.& Reg.l
non dubium C. de legibus priò inst. officio iudicis Vallasc
1.tom

1.tom.consult.42.in fin.Caldas de nominat. quæst.8. nu. 34. Cabed.1.par..Aresto.61.

9 Si vero apud Senatores excitetur controuersia & dubitatio circa intellectum alicuius Ord.Reg. tale dubium proponendum est Rectori iustitiæ, qui inmensa magna cum Senatoribus ex eiusdem arbitrio electis illud resoluet, & secundum illud quod ibi fuerit euictum, & constitutum, sententia promulgabitur, eamque resolutionem circa intellectum Ordinationis præcipiet Rector scribere in libro Relationis neiterum veniat in dubitationem & vulgo dicuntur, *acentos da Relação* notat. Vallas. in praxi partit.cap.10.nu.11.ad fin. & nu.13.Senator Cabed.1.par.decis.212.num.6.& alij de quibus remissiue Barbos.ad §.5.tit.1.Ord.

10 Si tamen in prædicta meusa controuersia decidi nequeat, & videatur Rectori conueniens certiorari Principem vt prouideat, illi notum faciet cui competit leges interpetrari, sicut condere.l.fin. C. de legib. & aliter interpetratio ad leges & Ordinationes Regias fieri prohibitum est ex Ord.d.tit. 5. §. 5. consonat. l. 2. §. nostra autem C. de veter.iure enucl.

11 Aduertas tamen illud non procedere in expositione litterali, quæ ex re est & non extra, vt probat communis Doctorũ traditio in l.1.ff.si cert.pet.ibi bene est seu & re est; nihil enim dicitur de nouo, sed dictum explicatur arg.l. hæredes Palam. §. 1. ff. de testam. plures de quibus Tiraq. in præfat. legis si vnquam numer. 119. C. de reuocand. donat. Nauar. in capit, ita quorundam notabili 8. numer. 81.

Idem-

12 Idemque videtur intendere Imperator in d.§.nostra a
rem,ibi paratlita iuncta glos. marginali; atquæ ita non ce
sentur prohibiti indices seu admonitoria vel scholia quæ
& annotationes vt iam nouißime concessum est doctißim
Emanueli Barbosæ qui diserte & loculenter Remißion
Doctorum & scholia edidit ad Ord Reg. & de hoc agi
ad §.5.num.3.tit.1.Ord.Reg.

13 Similiter ad Consilium Tridentinum etiam Doctis
mo Augustino Barbosæ filio prædicti Emanuelis Barbo
concessum fuit.

14 Licet circa Consilium Tridentinum secus dicendu
videretur,in quo Summus Pontifex. in Bulla de confirm
tione consilij in §. ad vitandum , sub anathematis vincu
omnibus inhibet non tantum edere commentarios,glos
annotationes & scholia,sed generaliter omne interpetrati
nis genus.

15 Vnde & litteralem seu æthimologicam interpetration
excludere necessario intelligendum videbatur.

16 Cæterum rematurius perpensa tandem concessum e
edi in lucem prædictas Remißiones Doctorum cætera a
tem quæ spectant ad huiusmod.Senatores prosequere cu
Ord.Reg.d.tit.5.per.§.§.sequent. & remißiue Barbosa a
§.12.eiusdem Ord.

17 Operæ prætium tamen duximus quæstionem excita
si in terminis dictæ Ord.Reg.lib. 1. tit. 5. §. 4. & 6. poter
Rector domus Supplicationis cognoscere de grauamine
quo partes conquæruntur quod Senatores ordinationem n
seruauerunt quando pronuntiatio facta est vulgo per aco
dã

dão per Senatores insimul deliberantes vel ex relationis placito vulgo per acordão *em Relação* sicut potest quando conquæruntur de pronuntiationibus quas quilibet iudex seu Senator per se solum adscribit in quibus dicunt non seruasse illis Ordinationem cũ eam allegassent iuxta d. §. 6.

18 Et videtur idem posse fieri in vtroque casu & teneri Rectorem seruare ordinem dictæ ordinationis, & rationes præcipuæ quæ sese offerunt deducuntur ex verbis & mente prædictæ Ord. Reg. quæ sequuntur.

19 Primo quia eadem Ord. in §. 4. generaliter loquitur de omnibus Senatoribus per verbum quodam vniuersale, ibi *todos os nossos Dezembargadores*, & prosequitur cum illa generalitate concludens quod vltra pænas *ibi* impositas eorumdem pronuntiationes & sententiæ datæ per eos sint nullæ, & Senatores qui dederint remanebunt partibus suspecti.

20 Et ita agit de pronuntiatione ex Relationis placito seu decreto in quo Senatores non seruauerunt ordinationem, quia sententiæ quas proferunt & pronuntiones quæ ab ipsis scribuntur fieri solent ex placito omnium delibirantium in Relatione iuxta Ord. libr. 1. tit. 6. §. 3. exceptis ijs quæ proferuntur per præsides curiales causarum ciuilium, quibus nõ potest, nec debet restringi generalitas regulæ quam Ord. assignat d. §. 4. dum loquitur de omnibus Senatoribus sine aliqua exceptione.

21 Et ita faciens regulam generalem haberet locum in vno dumtaxat casu, & verbum *todos nossos Dezembargadores* verificaretur solummodo in præside curiali causarum ciuilium contra juris principia l. Iulianus ff. de leg. 3. l. omñia &

ibi

ibi Dec.ff.si cer pet.l.non ad ea ff.de legibus.

22 At vero dicta Ord.in §.4.complexa est sententias diffinitiuas & interlocutorias quia illarum singulæ compræhenduntur sub verbo sentencas, vt species continentur sub genere, & Ord. non est contenta cum illa declaratione generica, sed specifice egit de vnis & alteris sentẽtijs, vt res clarior appareret, loquens vulgo *em dezembargos* & sententijs, applicando verbũ dezembargos ad interlocutorias, & verbum sentencas ad diffinitiuas, tradit Rebuf. ad ll.Gual.1. tom.tit.de sentent.nu.3.& seqq.& in præfatione l.quod iussit.ff.de re iudicata Ord.lib.1.tit.6.§.9.ibi *sera obrigado seguir o dezembargo que pellos outros for acordado*, & vocat interlocutorias datas vulgo per *Acordão dezembargos*, & per hoc verbum expediũtur pronuntiata à Senatoribus simul deliberantibus seu percõferẽtiã *Acordão os do dezẽbargo delRey nosso Senhor*

23 Item si Ord.Reg. solum modo prouideret in eo casu sententiarum & quando Senatores per se solos expediunt interlocutorias & non haberet intentionem condendi legem generalem respectu pronuntiationum seu sententiarũ quæ vulgo per Acordão proferuntur, & earum quas iudices dant per se solos, facilime id poterat exprimere & declarare in quadam regula dumtaxat l.item apud labeonem §. ait prætor ff.de iniurijs.l.sin autem §.ad deficientis C.de caduc.tollend.§.1.Auth.de testam.imperf.collat.8.& non relinquere locum ad dubium excitandum tam repertum, vt erat intelligi contrarium per verborum generalitatem quibus vtitur, quæ quidem tam principaliter comprehendunt sententias datas ex Relationis placito, quam eas quæ à singulis

gulis per se solos proferuntur.

24 Cæterum decretum esse affirmant in Senatu, quod prædicta Ord. non habet locum in pronuntiationibus & sententijs datis, re euicta per Senatores insimul deliberantes seu ex Relationis placito & ita si de his partes conquæruntur ad Rectorem per petiones grauaminum non solent deferre vt testatur Senator Cabed. 1. par. Aresto 61. & in casu quodam Emanuelis Correa de la Cerda cum Emanuele Dalmeida & in alio domini Ioannis Afonço de Albuquerque cum domino Ieronimo Manoel præsente Doctore Michaeli à Barreira & contradicente qui contrarium verius exestimauit, de quo Regi conquærendum esset vt prouideat.

Senatus consultum.

25 In proposito etiam dubitatum fuit in Senatu, vtrũ Ord. Reg. lib. 1. tit. 5. §. 9. locum habere debeat in interlocutorijs positis per Senatores grauaminum in quibus mens fuerit vnis, quod certi articuli reciperentur. & alijs quod nullus recipi deberet, & euictum est per plures quod interlocutoria poneretur receptionis quorumdam & aliorum non, & decretũ est per plures Senatores in lib. 8. fol. 132. vso, quod prædicta Ord. non debebat intelligi in talibus interlocutorijs, quia ea casu Senatores quibus mens fuit per deliberationes, vulgo *tençoẽs* quod nullus articulus reciperetur non possunt postea in finali conclusione deliberare super materia dictorum articulorum qui fuerunt recepti.

26 Tãdẽ ad Ord. d. tit. 5. §. 12. circa reualidationẽ actorũ extat decretũ Senatus in lib. 8. Relation. fol. 135. quod nõ habet lo

cum

cũ nec procedat in actis quæ veniũ ad Relationẽ & in ead
cisa fuere & solũ debet intelligi in principio quãdo acta ven
unt ad Relationem aliquo modo incidenter ita etiam intel
electe. Ord. lib. 3. tit. 63. §. 1. & 12. notat. Phæb. Aresto. 20
in fin.

ANNOTATIO V.

DE SENATORIBUS

GRAVAMINUM DOMUS SUPPLICATIONIS.

EPITOME.

1 *E EXPEDITORIBUS causarum grauaminum, & appellationum remissiue.*

2 *De modo procedendi in expediendis causis grauaminũ ex Ord.*

3 *Ad Senatores grauaminum spectat æqualiter cognitio per distributionem.*

4 *Ad eosdem spectat cognitio grauaminum quæ ordinarie interponuntur.*

5 *Hi per deliberationes exp[...] diunt omnia instrumenta grau[...] minum.*

6. *De grauaminibus sententi[...] rum diffinitiuarum & quemo[...] in illis procedi debeat.*

Senatus consulta.

7 *Decretum Senatus posse Re[...] rem committere quando Sena[...] res grauaminum ingenue fate[...] tur se partibus suspectos.*

S D

8 Decretum Senatus quod sententiæ prolatæ ab expeditoribus grauaminum non possint exequi nec liquidari in eo iuditio.

9 Decretum Senatus circa intellectũ Ord. Reg. lib. 3. tit. 84. §. 11.

10 Senatus consultum circa intellectũ Ord. Reg. lib. 1. tit. 6. §. 8.

11 Assignatur ratio decisionis Senatus.

Circa grauamina ordinaria.

12 In mensa Senatorum palatij rescriptum concedi solet vt nõ obstante transitu decem dierum possit pars Supplicare.

13 Mulieres honestæ & viri nobiles vulgo, Fidalgos *pauperes ad iurandum & dominicam orationẽ dicendam per interpositas personas familiarium cum speciali mandato in casu Ord. lib. 3. tit. 64. §. 10. plerumque admittũtur ex stylo curiæ.*

14 Non obstante transitu duorũ mensium ad prosequendum grauamen ex Ord. Reg rescriptum concedi solet in mensa Palatij Regij.

15 Intelliguntur Ord. Reg. circa exactionem decimarum

Circa petitiones grauaminum.

16 Ad Senatores grauaminum spectat cognitio petitionum grauaminum de quibus remissiue.

Circa instrumenta grauaminũ.

17 De forma instrumentorum grauaminum à Sententijs interlocutorijs, & de forma procedendi in his.

18 De differentia à grauamine ordinario.

19 Intra quod tempus debeat offeri superioribus instrumentum grauaminis.

20 Præsentatio instrumenti intra paucos dies post terminum debet admitti.

21 A Senatoribus Palatij Regij facile conceditur vt pars restituatur ad terminum illud transactum.

22 Ante distributionem scribæ grauaminum sub pæna amissionis officij non possunt scribere terminũ præsentationis in huiusmodi instrumentis.

23 Quãdo debeat dari copia Supplicanti ad allegationes iuris.

24 Ad Senatores grauaminum spectat cognitio huiusmodi instrumentorum per deliberationes.

Aresf-

Aresta Senatus.

25 *Decisio Senatus quod in instrumentis grauaminum non fiat condemnatio expensarum licet in illis articuli & probationes hinc inde fiant in partibus.*

26 *Decretum Senatus in lib. Relationis quod datis libenter pro suspectis Senatoribus grauaminum potest Rector iustitiæ alijs pro arbitrio committere.*

Circa Appellationes.

27 *Ad Senatores grauaminum spectat cognitio appellationum causarum ciuiliū de quibus remissiue.*

Circa instrumenta dierum apparitionis.

28 *Senatores grauaminum & appellationum instrumenta dierum apparitionis expediunt interloquendo.*

29 *Quomodo appellatio transacto spatio sex mensium deserta pronuntiatur.*

30 *Quando appellatio non potest haberi pro deserta.*

31 *Ratio assignatur.*

32 *Quando iudices appellatio illam debent admtttere non obs te sententia prolata per diem paritionis.*

33 *Limitatur in appellationi habitantium in loco Curiæ.*

34 *Instrumentum diei app tionis non habet locum in ca criminalibus in quibus iustitia cum obtinet vel obtinere potest.*

35 *Per sententiam prolatam Relatione per diem apparitionis tra processum non fit exceutio praxi sed per aliam postea extr tam à processu nempe iudicis à q fuit appellatum*

Circa adiutorium brachij se cularis.

36 *Ad Senatores grauamin spectat concedere auxilium brac secularis & qua forma & quib casibus.*

37 *Ecclesiastica, secularisque p testas non debent se ad inuicem pedire nec perturbare.*

38 *Prædictæ potestates debent ad inuicem adiuuare.*

39 *Controuersia de iure in p posito.*

40 *Apud nos de iure regio pot & debet iudex secularis in omn b*

bus causis cognoscere & videre processum si est rite & recte ab Ecclesiastico ordinatus.

41 Limitatur in casu hæresis.

42 Ecclesiastici debent hæreticos remittere ad Principem secularem vel illius proregem cum sententijs aduersus illos prolatis.

43 In cæteris saltem secularis iudex debet summarie cognoscere de justificatione præcepti iudicis Ecclesiastici priusquam exhibeat auxilium brachij secularis.

44 Iudices Ecclesiastici ordinarij inuocant brachium seculare vt sententias exequantur.

45 Quid in delegato remissiue.

Styli auditorij Grauaminum.

A num. 46. Vsque ad num. 61.

Styli Circa appellationes & instrumenta dierum apparitionis, & grauaminum.

A num. 62. Vsque ad num. 69.

ANNOTATIO V.

DE SENATORIBVS

GRAVAMINVM DOMVS SVPPLICATIONIS.

1 DE expeditoribus causarum grauaminum, appellationum extat Ord.Reg.lib.1.tit.6. p tot.vbi late Cabedo.1.par.decis.9.

2 De modo vero procedendi in expediend causis grauaminum prosequitur Ord.Reg.d.tit.6. §.1. cu seqq.Cabed.dicta 1.par.decis.10.

3 Ad hos autem spectat æqualiter cognitio per distributi nẽ causarum ciuiliũ quæ ad eos fuerint deuolutæ ex Sena Portugalẽsi, scilicet quæ excedãt quãtitatẽ cẽtũ mille regal in bonis mobilibus & octoaginta mille, in imobilibus.

4 Insuper ad illos spectat cognitio grauaminũ quæ ordin rie interponuntur à Magistratibus enumeratis in prædic Ord.statim à princip. Cabed.1.par.decis.11.à n.12.cũ seq

5 Et hi Senatores per deliberationes, *vulgo per tençoẽs* exp diũt omnia instrumẽta grauaminũ quæ ad eos deferuntur Iudicibus & correctoribus prouinciarũ districti & iurisdi tionis Senatus Supplicationis, vt latius de modo proceden di disponitur in prædicta Ord.§.4.cum seqq. & circa pe tiones grauaminum ibidẽ §.6.cum.seqq.de quare Cabed.

pa

par. Aresto. 1. Vallasc. consult. 47. nu. 6. vers. vnde est.

6 De grauaminibus autẽ sẽtẽtiarũ diffinitiuarũ & quomodo in illis procedi debeat late prosequitur Ord. Reg. lib. 3. tit. 84. per tot. Cabed. 1. par. decis. 40. nu. 6. & decis. 59. & 2. par. Aresto. 48. Gama. decis. 38. Nouissime Emanuel mẽdes à Castro in sua Practica Lusitana lib. 3. cap. 19. à nu. 10. cum seqq.

Senatus consulta.

7 In proposito autẽ dubitatum est in Senatu corã Rectore iustitiæ vtrũ in casibus in quibus Senatores grauaminum se ingenue fatẽtur esse partibus suspectos, poterit Rector in eorũdem locũ alteri committere & per plures Senatores ad id cõuocatos ad mẽsam magnã, euictum est posse Rectorẽ cõmittere, cui sibi videretur attẽta forma sui regiminis inserti in Ord. lib. 1. tit. 1. §. 15. de quo extat. decretum Senatus in lib. 8. fol. 108.

8 Itẽ in mẽsa magna Relationis corã eodẽ Rectore dubiũ excitatũ est à Chãcellario prædictæ domus vtrũ sententiæ prolatæ ab ex peditoribus grauaminũ possint exequi & liquidari in eo iuditio, & per Senatores decisũ est negatiue, & ne amplius in dubitationem veniret scriptum est Senatus consultum ex præcepto Rectoris in lib. 8. fol. 119. vso.

9 Rursus dubitatio proposita est vtrũ Ord. Reg. lib. 3. tit. 84, §. 11. quæ disponit quod à receptione grauaminis domus Portugalẽsis grauamẽ interponatur in actu processus debeat intelligi generaliter in omnibus alijs Iudicibus à quibus potest ordinarie supplicari per petionẽ vel instrumentũ, & a maiori parte Senatorum euictũ est quod prædicta Ord. non erat

 intel-

intelligenda magis quam in dicta receptione grauamini ordinarij prædictæ domus Portugalensis, & quod ab alijs i dicibus à quibus ordinarie supplicari potest in dicto casu p test grauamen proponi aut per petitionem aut per instru mentum vel in actu processus, quia prædicta Ord. loqueba tur in casu particulari, & attenta forma Ord. lib. 1. tit. 58. 27. & lib. 3. tit. 70. §. 8. de quo extat Senatus decretum in li 8. fol. 133.

Et merito ex glos. celebri in l. sciēdū vbi Bart. ff. qui satis cogantur exornat Cabed. 1. par. decis. 11. à nu. 6. cum seq

10 Dubium etiam propositum est coram Rectore circa in tellectum Ord. Reg. lib. 1. tit. 6. §. 8. vtrum grauamina qu proponebantur à Iudicibus Coronæ, & Patrimonij Reg de rebus quàs per se solos poterant expedire, vel in audito rio in voce prouidere debebant venire ad mensam mag nam, vt in illa expedirentur per Senatores grauaminum, & decisum fuit quod talia grauamina pertinebant ad præ dictos Senatores grauaminum.

11 Quia Ord. generalis est & secundum illius tenorē nul alij erant iudices, qui possent de dictis grauaminibus cogno cere, nec esse vllum inconueniens causas esse Coronæ ve Patrimonij Regij, quippe quod in illis grauaminibus nō de cidebatur res aliqua diffinitiue & non permittere ius nequ Ord. quod dicti iudices Coronæ Regiæ (cum sint æquale in iurisdictione) per grauamen sint iudices illius rei qu fiat aut præcipiatur ab vnoquoque per se solum in auditori de quo constitutum est Senatusconsultum signatum pe omnes in libro 8. fol. 141. vers.

Circ

Circa grauamina ordinaria.

12 Obseruabis 1. quod transacto termino decẽ dierũ præfixo ab Ord. Reg. lib. 3. tit. 84. in principio ad interponẽdum grauamẽ à die notitiæ sentẽtiæ aduersæ à qua pars voluerit supplicare, fieri solet petitio ad mensam Senatorũ Palatij vt rescriptum concedatur quod non obstante transitu illius termini possit pars supplicare, & ex qualibet causa etiã colorata solet concedi.

13 Obseruabis secundo circa Ord. lib. 3. tit. 84. §. 10. quod in casu prædictæ ordinationis plerũque admittũtur mulieres honestæ, & viri nobiles vulgo *Fidalgos* pauperes ad iurãdum, & dominicam orationem dicendam per interpositas personas familiarium cum speciali mandato ad id eorumdem nomine peragendum, quod quidem sæpesæpius vidimus fieri in auditorio præsidum Curiæ causarum ciuilium, & ita me patrocinante factum est in causis Dominæ Brancæ de Sa contra Fratrem Iorge de Sousa Barreto, & Filiorum Emanuelis Dalmeida da Sylua com Manoel Correa de la Cerda scribba Andre Ribeiro, & in causis de Dõ Ioão Afõço Dalbuquerque cõ Dõ Ieronimo Manoel scriba Sebastião Goncaluez de Lima, Ioão de Payua & Andre Ribeiro. Et in causa alimentorũ dominæ Brites Resende cõtra Fratrẽ Pero Paulo de Resende scriba Matheus de Azeuedo Pereira

14 Tertio obseruabis circa Ord. Reg. lib. 3. tit. 84. §. 4. de qua Cabed. 1. par. decis. 40. nu. 6. quod trãsactis duobus mẽsibus de quibus ibi, si pars ex aliquo impedimẽto nõ detulit intra

spati-

ſpatiũ illius termini acta ad ſuperiores, debet petere à Sena-
toribus Palatij Regij quod eam admittant ad proſequen-
dum garuamen non obſtante tranſitu illius termini.

15 Quarto obſeruabis circa Ord. Reg. lib. 3. tit. 84. §. 14. ver. *& paſſando* iũcta Ord. lib. 3. tit. 86. §. 4. quod in caſu prædicta-
rum ordinationum limitatur Ord. Reg. lib. 1 tit. 20. §. 5. qua-
tenus diſponit quod non exigantur decimæ Sententiaru
à partibus condemnatis per primam ſententiam quando a
illa fuerit Supplicatum imo vero in executione & exactio-
ne prædictarum decimarum ſuperſedeatur Supplicatio
hoc eſt grauamine ordinario pendente, quemadmodu
ſuperſedi ſolet in cauſa principali, quia non ita proceditu
in caſu quo fuerint tranſacti ſex menſes, & in ijs grauam
non fuerit expeditum ſi quidem tunc non ſuperſedetur i
cauſa principali ex Ord. lib. 3. tit. 84. §. vlt. Cabedo 2. par
Areſto 48.

Circa petitiones grauaminum.

16 Ad Senatores etiam grauaminum ſpectat cognitio pe-
titionum grauaminum quæ dantur in Relatione Recto
iuſtitiæ, vt annotauimus annotatione 2. à num. 27.

Circa inſtrumenta grauaminum ſeu chartas teſtimoniales.

17 De forma inſtrumentorum grauaminum à ſententijs in-
terlocutorijs agit Ord. Reg. lib. 1. tit. 80. §. 9. cum ſeqq. vbi
diſp

disponit circa Taballiones qui partibus huiuscemodi instru-
menta dare debent, atque etiam de forma procedendi in his
agit Ord. Reg. lib. 3. tit. 74. per tot.

18 Et de differentia à grauamine ordinario Senator Cabe-
do 1. par. decis. 11. num. 14.

19 Instrumentum autem grauaminis debet offerri superio
ribus intra triginta dies enumeratos à grauamine interposi-
to ab interlocutoria iuxta Ord. Reg. lib. 3. tit. 74. §. 5. aliàs nõ
habitur prouisio per Superiores Emanuel Barbosa in suis Re
missionib. ad d. §. 5. nu. 1.

20 Tamen præsentatio instrumenti intra paucos dies post
terminum debet admitti vt resoluit D. Gama decis. 132. &
decis. 210. nu. 2. facit l. si fundum 16. ibi paucissimi sunt dies
ff. fundo dotali, & quod sufficiat intra terminum præsentari
distributori in forma notata ex Aresto Senatus per Melchio
rem Phæbum, Aresto. 27.

21 Aduertas tamen quod si non suscipitur cognitio instru-
menti grauaminis in Relatione transacto illo termino tri-
ginta dierum potest à parte fieri petitio ad mensam Sena-
torum Palatij Regij ex aliquo impedimento seu causa iusta
vt admittatur & restituatur ad terminum transactum & id
facile conceditur.

22 Debent etiam aduertere scribæ grauaminum ex Ord.
Reg. lib. 1. tit, 24. §. 6. quod non scribant terminum præsenta-
tionis in instrumentis grauaminum, & chartarum testimo-
nialium, antequam illis fiat distributio sub pæna ammissio-
nis officij.

23 Nec etiam dari debet copia Supplicanti ad allegationes
 iuris

iuris nisi quando pars aduersa fuerit præsens & consenseri quod illa & altera pars habeat copiam allegandi vel si Supplicans adiungat aliquã scripturã publicam seu priuatã ve aliquã certitudinẽ seu Acta, & pars contraria copiam da sibi petat quæ dari præcipitur ex Ord. Reg.d.tit.24.§.6.

24 Ad Senatores igitur grauaminũ spectat cognitio huiu modi instrumẽtorũ & perdeliberationes vulgo *tenções* expediũt iuxta Ord.Reg.lib.1.tit.6.§.4.&.§.12.in fin.vbi Senatoribus ordo assignatur quã in illis expediẽdis obseruare debẽ

Aresta Senatus.

25 Et circa huiusmodi instrumẽta decisũ fuit in Relation quod in illis nõ fiat condẽnatio expensarũ licet illi à quibu grauamẽ interpositũ fuit fecerint articulos & probatione in instrumẽto grauaminis loci *de Massainhos dos Officiaes da Camara da Villa de Belmonte, Escriuão Francisco da Zeuedo* me patrocinante quod notabis ad declarationem Ord. Reg. lib. 1 tit. 6. §. 13. in fin.

26 Decreuit etiam Senatus in lib.8.fol.108.quod in actis i quibus Senatores grauaminũ se suspectos ingenue fatentu potest Rector iustitiæ cõmissiones alijs pro arbitrio facere a tenta forma sui regiminis ex Ord.lib.1.tit.1.§.14.& 15.

Circa Appellationes.

27 Ad Senatores etiã grauaminũ spectat cognitio omnium appellationũ causarũ ciuiliũ de quibus Ord. Reg.lib.1.tit.6 §.12.vbi cũ §.§.seqq.prosequitur circa formã procedendi & latius lib.3.tit.63.& 69.& tit.70.cum seqq. Cabedo 1. part. deci

decis.10.nu.4.& 5.plures de quibus remissiue Emanuel Barbos.in dictis locis,& nos quoque annotauimus in nostris annotationibus ad Caminhã annotat.47.per tot.Nouissime Emanuel Mendes à Castro in sua Practic.Lusitan.lib.3.cap.19 de praxi procedendi in gradu appellationis doctus Scachia integro tractatu de appellationibus.

Circa instrumenta dierum apparitionis.

28 Obseruabis primo ex Ord.Reg.lib.1.tit.6.§.12,vers.*& os dias de apparecer*,quod Senatores grauaminũ & appellationũ ea debent in Senatu expedire interloquẽdo nõ per vota vulgo *tenções* & cũ duo fuerint adscribetur sentẽtia, & de forma procedẽdi late prosequiturOrd.Reg.lib.3.tit.68.§.2.cũ seqq. & eodẽ lib.tit.70.§.3.in fin.& 4.Senator Cabed. 1.part. decis.36.& decis.40.& 1.part.Aresto.42.

29 Secũdo obseruabis ex Ord.Reg.lib.3 d.tit.70.§.3.quod post apppellationem interpositam & receptam si appellãs intra spatium sex mensium negligenter se habuerit & nõ fecerit acta exemplari in partibus & præfigi tempus *(vulgo à tempar)* ad prosequendã appellationẽ, Iudex à quo qui sententiã protulit ad petionẽ appellati,appellationẽ desertã fore pronuntiabit, requisito prius appellante ad causæ desertionẽ ad alleganda impedimenta vt nõ habeatur pro deserta,& ad huiusmodi desertionis casum non tenebitur citare mulierem Appellantis,quanuis contentio sit super bouis soli Barbos.in suis Remission.ad d.tit.70.§.3.nu.1.& 2.cum seqq.videndus.

30 Cæterum si appellans vel appellatus per se aut per pro

cu-

curatorē fecerit profigere terminū ad proſequēdam appellationem vulgo *à tempar* licet intra ſex meſes non proſequatur appellans Iudex à quo non poterit iam habere appellationem pro deſerta.

31 Quia in hoc caſu poterat appellatus inſtrumentū diei apparitionis petere, & iudices ſuperiores ex actis eam deſertam fore pronuntiabunt vt declarat Ord.Reg.d.tit. 70. §. 3. verſ. *Porem ſe o appellante* Senator Cabed. 1. par. deciſ. 40. & deciſ. 42, apud Hiſpanos l. 23. tit. 23. par. 3. vbi gloſ.

Et circa ſententiam deſertæ appellationis plura proſequitur Barboſa in ſuis Remiſsion. d. tit. 70. §. 3. à nu. 5.

32 Tertio obſeruabis ex Ord. Reg. lib. 3. tit. 68. §. 7. quod licet ſententia in qua habetur appellatio pro deſerta ſit facta & ſignata à ſuperioribus, & tranſeat per Chancellariam, ſi antequam par s vadat cum illa extra locum vbi Curia reſidet, venerit appellās cum appellatione, iudices appellationis illam admittunt non obſtante ſententia contra illū prolata per diem apparitionis, ſoluendo prius parti aduerſæ omnes expenſas factas ſuper inſtrumento diei apparitionis obſeru~t ex pluribus Barboſa in ſuis Remiſsion. ad d. tit. 68. §. 7.

33 Secus tamen eſt in appellationibus habitantiū in loco Curiæ, quia hi poterunt purgare contumaciam antequam Sententiæ tranſeāt per Chancellariam, & deueniant ad manum partis aduerſæ.

34 Tandem ex eadē Ord. in §. 8. obſeruabis non habere locum inſtrumentū diei apparitionis in cauſis criminalibus in quibus iuſtitia habet vel poteſt habere locū, quia in his licet appellans non proſequatur appellationem, iudex à quo eam

debet ad Curiã mittere, & hoc si fuerit appellatũ à sentẽtia diffinitiua aut à tali interlocutoria à qua secundum ius regium Iudex appellaret, etiam si pars non appellasset, & auditores causarum criminaliũ per acta appellationis causam decidere debent, & non per instrumentum diei apparitionis Gama in tract. de Sacrament. præstand. vlt. Supplicio damnatis quæs. 6. n. 3. fol. 52. Barbos. in Remissionad d. tit. 68. §. 7

35 Et illud etiã non est ommittendũ in praxi quod per Sẽtentiam prolatam in Relatione per diem apparitionis extra processum non fit executio imo post transitum per Chancellariam præsentatur scribæ primæ instantiæ, qui illam ad acta adiungit, & aliam extrahit à processu quæ est iudicis à quo fuit appellatum & quam superiores præcipiunt in die apparitionis obseruari, & per eam postquà transit per Chãcellariam requirenda est pars condemnata ad executionem in forma Ord. Reg. lib. 3. tit. 85. in principio vbi per totum tit. 3. exornat. Barbosa in suis Remissionibus.

Circa adiutorium brachij secularis.

36 Tandem ad Senatores grauaminnm spectat etiam concedere auxilium brachij secularis in Relatione in districtu domus Supplicationis cum partium citatione, & viso processu si inuenerint fuisse recte & rite ordinatũ ex Ord. Reg. lib. 1. tit. 6. §. 19. quod adiutorium debent concedere in forma, & in casibus de quibus latius prosequitur Ord. Reg. lib. 2. tit. 8. per tot. Senator Gabedo 1. par. decis. 9. & decis. 36. nu. 2. exornat. ex pluribus Doctoribus Barbos. in suis Remissionibus ad Ord. lib. 2. tit. 8. à nu. 1.

37 Obseruabis autem in proposito quod Ecclesiastica se cularisque potestas vt pote distinctæ & separatæ non debē se adinuicem impedire nec perturbare ex tex.in cap. du sunt.cap.si Imperator 96.dist. cum similib.Ord.Reg.lib. 1 tit.65.§.16.apud Hispanos l.4.& 5.tit.3.lib.1.& in l.3.tit. 1 lib.4. Nouæ Recupil.vbi prosequitur Azeued. Soar.de Pa in Praxi 2.tom.in proæm.à num. 1.eleganter Bobadilha i sua Polytica lib.2.cap.17.à nu.1.cum seqq.& cap.18.

38 Imo vero prædictæ potestates ex præcitatis iuribus de bētse adinuicē adiuuare & ex Ord.Reg.lib.2.tit.8.in princi pio ex pluribus obseruat Couas.pract.cap. 10. à n.1.& co traditio ex Villa Diego in tract.de hæret.prauit.quæst.19.co fin.vers.ex quo poteris Soares à paz vbi supra nu.2.& 3.eru dite Auiles ad cap.prætorum cap.21.nu.27.

39 Aduertas etiam quod licet de iure controuersum sit v trum quando iudex Ecclesiasticus inuocat auxilium bra chij secularis pro executione suæ sententiæ in causis ciuili bus vel criminalibus secularis iudex alio non requisito auxi lium præstare teneatur absque eo quod de eius iustitia cog noscat, atque etiā in criminalibus mere Ecclesiasticis quoru cognitio ad secularem nullatenus spectat ex pluribus quo refert erudite vt solet Soares à paz vbi supra à nu.7.cū seqq

40 Tamen apud nos ex Ord.Reg.lib.1.tit.6.§.19. & lib.2 tit.9.§.1.ibi *Achando que os ditos processos forão ordenadamente pro cessados*, & §.7.ibi, *sendo os autos feitos & processados em tal manei ra que segundo nessas Ordenaçoẽs & estylo das Relaçoẽs se lhe deuia con ceder*, potest & debet iudex secularis in omnibus causis cog noscere & videre processum si est recte & rite ordinatus

nota-

notat etiam Hispanus Auiles ad cap.prætorum cap.20.n.20

41 At vero in casu hæresis cuius cognitio præcipue spectat ad iudices Ecclesiasticos, nempe ad inquisitores hæreticæ prauitatis, vt frequẽtiori calculo receptum testatur Roland. lib.3.cons.20.nu.10.Iul.Clar.lib.5.§.hæresis nu.4.Ord.Reg. lib.5.tit.1.in principio quod non poterit iudex secularis cognoscere de iustitia causæ ex pluribus erudite vt solet confirmat Bobadilha in sua Polytica lib.2.cap.17.à nu.171.

42 Debent tamen Ecclesiastici hæreticos remittere ad Principem secularem vel illius proregem ex dicta Ord. lib.5.tit.1. in principio cum sententijs aduersus illos prolatis, vt Senatores Regij eas videant, quibus Rex inuictissimus præcipit vt eas omnino obseruent in punitione hæreticorum pro vt de iure facere debent exornant plures in ibi quos plenamanu vt solet refert Nouissime Emanuel Barbosa in suis Remissionibus.

43 Vnde in cæteris probatur ex Ord. Reg. in prædictis locis, quod saltem secularis iudex debet summarie cognoscere de iustificatione præcepti iudicis Ecclesiastici, priusquam auxilium brachij secularis petitum exhibeat de quo late & eleg. prosequitur Bobadilha lib. 2. cap: 17. à num. 174.cum seqq.Doctissimus Caualcan.de Brachio Regio integro tractatu Nouissime etiã posthæc scripta licet non dum in lucem edita Lusitanus Emanuel Mendes à Castro in sua Practica Lusitana lib. 2. cap. 12. §.2.de auxilio bhrachij secularis.

44 Obseruabis igitur quod iudices ecclesiastici ordinarij inuocant brachium seculare vt sententias exequantur cap.1. de

de officio ordinar. Menoch. de arbitr. casu 451. nu. 4. Aual i
direct. iudic. Ecclesiast. vbi plura de adiutorio brachij secu
laris Mandos. Reg. Chancellar. 14. quæs. 2. in fin.

45 Et quid in delegato Doctissimus Stephan. Gratian. i
tom. discept. Forens. cap. 66. à nu. 7. diserte Hispan. Ceual
quæs. 632. nu. 12. & quod potest implorare vide per plure
copiose adductos ab Emanuel Barbos. in suis Remissión. a
Ord. lib. 2. tit. 8. in principio. num. 2.

Styli auditorij grauaminum.

46 Quãdo vterque litigantium supplicat à sententia prim
instantiæ datur copia ad allegandum de iure primo suppl
cãti, & deinde secũdo & postea redditur copia primo suppl
cãti rationum grauaminis secundi ad respõdendũ clausis cæ
teris allegationibus.

47 Præsentato processu appellationis distributori domu
Supplicationis, ille insimul cum Chancellario prædictæ do
mus distribuit iuxta nouum ordinem vni ex scribbis appel
lationum.

48 Appellanti prius datur copia allegandi de iure, poste
vero appellato, ex defectu tamen mandati alicuius ex lit
gantibus qui tenentur eligere vnum ex aduocatis prædic
tæ domus accusatur contumacia in auditorio, & proceditu

49 Si processus magnus est ex stylo peti solet in audient
grauaminum tempus conueniẽs ad allegationes iuris for
mandas, & fieri ab aduocato aduerso protestationem habẽ
di tantumdem tempus, & plerumque ita prouideri solet.

50

50 Si vero cum allegationibus adiunguntur documenta vel appendantur processus finiti pro parte Appellati redditur copia appellanti ad respondendum.

51 Et si processus finiti extant in eodem iudicio in audientia præcipitur dari cum chirographo scribbæ qui receperit, si vero extiterint in iudicijs inferioribus dantur præcepta in scriptis vt tradantur, quando autem iudicia sunt æqualia dãtur præcatoria pro vt fieri solet per iudices inferiores ad superiores seu æquales.

52 Si Apellans seu appellatus voluerint allegare articulos nouæ rationis, debent proponere in allegationibus materiã ex qua voluerint formare articulos, & petere veniam ad eosdem formandos. ex Ord Reg. lib. 3. tit. 20. §. 28. & eodem lib. tit. 83. in principio & §. 1. Cabed. 1. par. Aresto. 83.

53 Si licentiæ petitæ non sunt releuantes stylus est per deliberationes procedere statim ad sententiam diffinitiuam si vero releuant conceduntur per interlocutoriã, & datur parti copia ad formandos articulos secundum licentias petitas, & facta conclusione iterum pronuntiatur interlocutoria ex Relationis placito receptionis si inueniunt Senatores articulos conformare cum licentijs concessis, & proceditur sicut in alijs impedimentis receptis vsque ad sententiam.

54 Cæterum non admittitur Replica nec duplicatio in forma Ord Reg. lib. 3. tit. 20. §. 29. in fin. Cabed. 2. par. Aresto 51.

55 Et in dilationibus obseruatur stylus Curiæ per citationem procuratoris solum ad interrogationem testium vt obseruat Cabed. 1. par. decis. 50. nu. 3. quanuis Ord. Reg. lib. 3. tit. 1.

tit.1.§.14.verf.porem diſponat quod debeant notificari part idem Cabed.2.par.Areſto 35.

56 Si pars condemnata ſeu victa per ſententiam ſecundæ inſtantiæ voluerit opponere impedimenta in tranſitu Chãcellariæ ſi victor non extrahit à proceſſu ſtylus eſt victũ exigere in audiẽtia granaminũ quod notificetur procuratori victoris vt intra ſpatium quinque dierum extrahat ſententiam à proceſſu & ſi non extrahat in illo termino datur copia ad obijcienda impedimenta in ipſis met actibus proceſſus.

57 Si vero extraxerit à proceſſu, & non detulerit ad Chãcellariam in audientia aſſignatur eidem ſpatium trium dierum vt deferat qui notificantur procuratori, illiſque trãſactis præcipitur dari copia actorum ad formanda in ipſis impedimenta in quibus proceditur ſicut in alijs.

58 Aduertas autem in propoſito quod licet ſecunda impedimenta non poſsit officialis Chancellariæ ſuſcipere ſub pœna ſuſpenſionis officij & decem aureorum ex Ord. Reg. lib. 3.tit.88.§.1.

59 Tamen quando in ſecundis impedimentis agitur de materia in competentiæ Iudicis admitti debent, & ita practicari vidi me patrocinante in cauſa *de Brites nunes Sanches cõ o Procurador da Coroa, Eſcriuão Agoſtinho Rabello* corã iudice Regiæ Coronæ ſic limitata prædicta Ord.quia materia incompetentiæ ſemper opponi poteſt, & habet locum ex Ord.lib.3. tit.87.§.1.Cabed.1.par.deciſ.22.nu.4. vbi late atque etiam poſt tres ſententias vt ipſe obſeruat nu. 10. Soares à Paz in ſua praxi 1. par.circa primũ tempus de iudice eligendo n.84.

60 Ad-

60 Aduertas inſuper ex Cabed.2. par. Areſto 51. quod in impedimentis oppoſitis in Chancellaria ſi recipiantur datur non ſolum contrarietas,ſed etiam Replica & duplicatio, & non habet locum Ord.Reg.lib.2.tit.20.§.29. in fine quæ ſolum loquitur in articulis nouæ rationis,& non extenditur ad hunc caſum ommiſſum.

61 Tandem notatu dignum eſt quod in ſecunda Sententia ſuper impedimentis oppoſitis in Chancellaria ad tranſitum primæ principalis extractæ à proceſſu non debent exemplari nec tranſcribbi iterum articuli ſententiæ principalis, ſed ſolum Relationis placitum vulgo *Acordão da Relação*, cum impedimentis & alijs articulis quæ poſtea accreuerunt,& vltima ſententia ſuper impedimentis, & ita ſtylus & praxis obſeruat, & vtraque ſententia traditur victori ad executionem peragendam in quolibet Iudicio in forma Ord.Reg.libr. 2.titul.86. per totũ. vbi late exornat Nouiſſime Emanuel Barboſ. in ſuis Remiſſionibus, Emanuel Mendes à Caſtro in ſua Practica Luſitana libr.3.capit.21.de praxi proceſſus executiui. cum §§. ſeqq. & apud Hiſpanos Soares à Paz in ſua Practica 4. part.primi tomi per tot. vbi late & erudite vt ſolet proſequitur de forma & modo procedendi via executiua in cauſis ciuilibus.

Annotatio. V.

Styli circa appellationes & instrumenta dierum ap-paritionis, & grauaminum.

62 Ad Ord.Reg.lib.3.tit.68.§.7. quatenus disponit quo data sententia in instrumento dici apparitionis quamuis f iam extracta à processu & signata, & sigillo Chancellari munita si antequam pars cum illa exeat à loco Curiæ adu nerit Appellans cum processu Appellationis, quod iudic appellationis eam recipiant solutis prius parti omnibus ex pensis factis super instrumento diei apparitionis, debet ac uerti quod stylus in auditorio grauaminum introduxit in eo casu soluantur prius expensæ dumtaxat factæ in secu da instantia supremi Senatus non vero illæ quæ factæ fu in prima instantia in instrumento diei apparitionis.

62 Si autem venerit processus appellationis ad Senatu tempore debito nullæ expensæ soluuntur dici apparitioni & ita in praxi obseruatur.

64 Quando autem casus qui venit per appellationem i uenitur esse potius grauaminis, stylus est pronuntiari ex F lationis placito, quod non suscipiunt cognitionem appell tionis, eo quod sit casus grauaminis, & tamen quod denu distribuatur in grauamine.

65 At vero quando venit per instrumentum grauamis c sus qui est appellationis illius cognitio nullatenus suscipit neque præcipiunt Senatores distribuere in appellatione.

66 Ratio est quia cum venit per appellationem casus c est grauaminis acta processus plene instructa sunt nec c

fi

ficit res vlla necessaria ad Decisionem grauaminis.

At vero quando aduenit per instrumentum grauaminis casus appellationis non veniunt omnia acta processus nequesufficienter instructa & præparata ad decisionem illius ideoque non præcipiunt Senatores distribui in Appellatione.

67 Stylus etiam est circa instrumenta gauaminum quod præsẽtatio in Curia distributori sufficiat quanuis non distribuantur intratriginta dies ordinationis, vt obseruat aduocatus Curiæ Melchior Phæb. inter Aresta ciuilia 1. tom. Decis. Senat. Regn. Lusitan. Aresto 27.

68 Præterea notatu dignus est stylus Senatus quod in vltimo die mensis Augusti mane fiunt insimul omnes audientiæ grauaminum iudicis processuum Regiæ Coronæ, & regij patrimonij Chancellariæ & Auditorum causarum criminalium, atque etiam vesperi conueniunt Senatores ad Relationem & scribbæ ad suscipiendos processus vniuscuiusque.

69 Idem stylus similiter obseruatur feria secunda, ebdomadæ sanctæ mane in qua insimul fiunt audientiæ de quibus in numero præcedenti.

 ANNO.

ANNOTATIO VI.

DE PRÆTORIBVS CVRIALIBVS CAVSARM CRIminalium.

EPITOME.

1 DVO Senatores sũt præsides curiales causarum criminalium.

2 Quæstores constituebantur à populo romano qui capitalibus præessent rebus.

3 præfectus vrbi quis dicebatur.

4 Vrbis appellatione non ciuitas romana sed locus Curiæ Principis intelligebatur.

5 Apud Hyspanos Alcaldes de casa, y Corte.

6 Prætor criminalis in Curia maximæ authoritatis & potestatis est.

7 Quærere est informationem facere vnde quæstio pro publico iudicio accipitur & pro tormentis & inquisitione.

8 Iudex quæstionis prætor dicebatur, & quæsitor.

9 Confirmatur ex carminibu[s] Poetarum.

10 Ad instar præfecti vigilum de nocte circuire debet ciuitate[m] ad obuiandum criminibus.

11 Quid sit Curia, & quare it[a] dicatur & qualis esse debeat.

12 Quinque leucæ intra Curi[a] generaliter intelliguntur pro curi[a] excepto casu speciali.

13 Quæ ad prætores curiales ca[u]sarum criminalium spectant e[x] discursu Ord. Reg. remissiue.

14 Quomodo ad hunc Magistra[tum] spectat concedere chartas se[curitatis] curationis.

15 An valeat incarcerato pro [a]lio crimine.

16 Differentiæ inter eum qui a[s]sum[...]

sumit chartam securationis, & illum qui sub fide iussoribus carceratus dicitur remissiue.

17 *Hi pratores expediunt processus criminales coram ipsis agitaros instrumenta, & petitiones grauaminum.*

18 *Eorum arbitrio relinquitur quibus nam casibus summarie pro cedi debeat contra delinquentes.*

19 *Cognoscunt de pœnis sanguinis & armorum.*

20 *Possunt auocare causas à latrunculatoribus vrbis olysiponensis secus tamen à pratoribus vrbis.*

21 *Quid sit auocatio causarum & de materia remissiue,*

22 *Ad hos magistratus spectat suscipere querellas meritricũ Curia conenbinarum eorum quibus pœnæ sunt imposita.*

23 *Cõtrarium de meretrice quæ palam & pluribus se prostituit.*

24 *Mulier non dicitur infamis nisi palã sui corporis quæstũ faciat.*

25 *Quæ vni tantum se prostituit, vel quæ sine quæstu dicitur turpis licet non infamis, & meretrix dicitur à merendo stipendia libidinis.*

26 *Idem confirmatur ex lege regia extrauaganti.*

27 *Quæ dicatur honesta licet aliquo tempore fuerit impudica.*

28 *In honesta, & meretrix de uicinia expelli potest.*

29 *Quam lata sit horum Magistratuum potestas & amplitudo in nostro Regno.*

Senatus consulta.

30 *Decretum Senatus quandó aliquis bona fide chartam securitatis á iudice incompetẽti acceperit.*

31 *Vtrum in concessione litterarum securitatis in casibus capitalibus debeant adesse quinque Senatores vltra præsidem curialem.*

32 *Decretum Senatus pro quæstionis resolutione.*

33 *Vtrum quãdo Senator iudex equitum ordinum in singulis causis criminalibus cuiusque mittit precatrium præsidibus curialibus vt remissionem faciant teneantur adimplere & remittere.*

34 *Decretum Senatus sub distinctione notatu digna.*

Styli huius iuditij.

A nu. 35. vsque ad nu. 38. styli auditorij pratorum curialium causarum criminalium referuntur.

ANNOTATIO VI.

DE PRÆTORIBVS CVRIALIBVS CAVSARVM CRIMINALIUM.

1 HI duo Magistratus Senatoria dignitate insigniti, dicũtur apud nos, vulgo, *Corregedores do crime da Corte*, de quibus late Ord. Reg. lib. 1. tit. 7. Senator Cabed. 1. par. decis. 13.

2 Si tamen ad veterũ monumenta recurras inuenies quod etiam quæstores constituebantur à populo romano, qui capitalibus præessent rebus, ijque appellabãtur quæstores parricidij, quorum & meminit lex duodecim tabularum notat Flocus seu Fenestel. de Potestatibus Roman. lib. 2. cap. 3. ad fin. & cap. 5. vbi agit de duum viris capitalibus. Varro 1. de Linga Latina.

3 Ex prætoribus autem creatis ab Imperatoribus qui in vrbe remansisset præfectus vrbi appellari cæpit. l. necessarium ff. orig. Iur. flauius lib. 2. de Roman. triump. plura liuius in fin. 6.

4 Vrbis enim appellatione non Ciuitas Romana sed locus Curiæ Principis intelligebatur, & imperio propagato totius Italiæ jurisdictio ad præfectum vrbi delata est, omnia quippe crimina quæ per totam Italiam committebantur

præ

præfectura vrbis sibi vendicabat, vt Epistola D. Seueri ad fabium cilonem cautum est l. 1. in principio ff. officio præfecti vrbi: Gell. cap. vlt. lib. 14. Facit l. 2. §. deinde cum placuisset ff. origine juris.

5 Hi vero Magistratus apud Hispanos dicuntur *Alcaldes de casa y Corte.* l. 9. tit. 18. part. 4. per tot: tit. 6. lib. 2. Nouæ Recop. vbi Azeued. notat. Soares à Paz in praxi 1. tempore de iudice eligendo nu. 16.

6 Prætor autem criminalis in Curia maximæ authoritatis & potestatis est vt patet ex discursu Ord. Reg. lib. 1. tit. 7. per tot. ideoque quæstor dicebatur in iure secundum glossam in l. vnica ff. officio quæstor. quia præerat capitalibus causis & sententijs.

7 Vnde quærere est informationē facere vt notat Budæus in l. 2. ff. orig. iur. & legibus vendicare, à quo quæstio pro publico iudicio accipitur etiam pro tormentis, & Inquisitione, vt in l. item apud labeonem §. quæstionis ff. de iniurijs l. 1. §. quæstionem ff. de Senat. consult. Syllan. & toto tit. ff. & C. de quæstion.

8 Hinc etiam decernere quæstionem dicimus & iudex quæstionis prætor dicebatur secundum Budæum, vel forte præfectus vrbis, cuius magna potestas erat in criminalibus vt in d. l. 1. ff. officio præfect. vrbis qui & quæsitor, cum publicis iudicijs exercendis & maleficijs puniendis præesset.

9 Huc alludunt carmina Poetarum Virgil.

Quæsitor minos vrnam mouet,

Et Claudian.

Quæsitor in alto.
Conspicuus solio pertentat crimina minos,

 10 Et

10 Et ad instar præfecti vigilum de nocte per se & suam familiam circuire debet ciuitatem ad obuiandum criminibus, quæ de nocte communiter fieri solent l. pen. ff. officio præfecti vigilium Ord. Reg. lib. 1. tit. 7. §. 26.

11 Quid autem sit Curia, & quare ita dicatur & qualis esse debeat explicat optime apud Hispanos l. 27. & 28. tit. 9. part. 2. vbi Greg. Lop. Garcia de expẽs cap. 12. n. 25. Aflictes ad cõstit Neapol. lib. 1. cap. 37. n. 55. & apud nos est notatu digna egregia Ord. in loco peregrino lib. 5. tit. 142. vbi agens de relegatis ad tẽpus certũ extra Curiã, quod ad illã reddire nequeant intra tẽpus exilij, intelligit Curiã in illo casu esse locum, & suburbia solum vbi Rex adfuerit cum sua Curia, non vero vbi extiterit Relatio seu domus Supplicationis, quando à Rege fuerit separata.

12 Neque in eo casu intelliguntur quinque leucæ pro curia atque ita per argumentum ab speciali extra illum casum debent intelligi pro curia, vt in Ord. lib. 1. tit. 7. §. 15. cum seqq. Cabed. 1. par. decis. 13. n. 3. & 4. Barbos. in suis Remissio. ad d. tit. 7. in principio.

13 Quæ vero ad hos prætores curiales causarum criminalium spectant ex discursu Ord. d. tit. 7. per totũ. satis superque innotescunt. & addes quæ Senator Cabed. 1. par. decis. 209. & Aresto 22. & quæ Nouissime Emanuel Barbos. in suis Remissionibus ad tit. 7.

14 Quomodo tamen ad hunc Magistratum spectat concedere chartas securationis disponitur d. tit. 7. §. 10. & 11. cũ seqq. & lib. 5 tit. 130. Notat Senator Cabed. 1. par. decis. 57. & de homicidijs in India commissis Cabed. 1. par. Aresto. 22.

15 Et

15 Et an valeat incarcerato pro alio crimine disputat idẽ Cabed.decis. 65. & negatiue resoluit Nouissime aduocatus Curiæ Melchior Phœbus 1.tom.decisionum Lusitan. Aresto 172.vlt. imo inter criminalia.

16 Et differentias inter eum qui assumit chartam securationis, & illum qui sub fideiussoribus carceratus dicitur obseruat Cabed. 1.par.decis.67.

17 Hi quoque prætores curiales causarum criminaliũ expediunt omnes processus maleficiorum coram illis agitatos atque etiã instrumẽta grauaminũ super causis criminalibus ex locis, & Prouincijs iurisdictionis Senatus supplicationis, &cognoscunt de petitionibus grauaminũ à quibuscũq; Iudicibus causarũ criminaliũ in Curia & intra quinque leucas, vt latius disponitur in Ord.d.tit.7.§.15.cum seqq.notat.Cabed. 1.par. Aresto 65. Barbos.in suis Remission.ad d.§. 15.

18 In super eorumdem arbitrio relinquitur quibus nam casibus summarie cõtra criminosos procedi debeat ex Ord. d.tit.7.§.17.obseruat Senator Cabed.1.par.decis.206. & idẽ decis.209.testatur Senatum decreuisse quod de crimine cõmisso à Iudice durante officio non potest cognoscere præses Prouinciæ vulgo *Corregedor da Comarqua* sed acta debet remittere ad prætorem curialẽ qui hoc casu iudex cõpetẽs est quod notari debet ad Ord.d.tit.7.§.15.ibi *vierem per remissão nos casos em que por bẽ de nossas ordenações se pode fazer a tal remiçaõ,*

19 Cognoscunt etiam prætores curiales de pœnis sanguinis tã vulnerũ, quã homicidij & pœnis armorũ vt latius disponitur in Ord.d.tit.7.§.18.not.Senator Cab.2.par.Arest.87

20 Possunt etiam auocare causas a latrunculatoribus vt bis

olysi-

olysiponensis, vulgo *Iuizes do crime da Cidade*, quæ fueri qualitatis earum quæ præsides pronunciarum, vulgo *Corr gedores das Comarquas*, auocare queunt cæterum à præsid bus seu correctoribus prædictæ Vrbis non ita auocare po sunt, vt disponit Ord. Reg. d. tit. 7. §. 31.

21 Auocatio vero causarum quid sit, & de materia la & erudite vt solet prosequitur Couas Practic. cap. 9.

22 Item ad hos Magistratus spectat suscipere quærella meretricum Curiæ & vrbis olysiponensis, scilicet concub narum eorum quibus pænæ impositæ sunt secundum iu regium.

23 Non vero de ea meretrice quæ palam & pluribus prostituit, vt declarat. Ord. Reg. d. tit. 7. §. 33. ibi *por serem am cchadas, &c.* facit l. palam ff. de ritu nupt. & de his Ioan. C rosc. in l. iustitia §. iuris præcepta ff. Iustitia & Iure. num. Alciat. in l. massurius. 144. n. 3. ff. de verb. signif. Doctus Hi panus Pichard in §. iuris præcepta nu. 22. Inst. Iustitia & Iu re Gom. in l. 62. tau. nu. 3.

24 Et quod mulier non dicatur infamis nisi palam sui co poris quæstum faciat, ex pluribus erudite probat Surdo d Alimentis tit. 7. quæs. 4. nu. 34. & quæ vni tantum se prost tuit, vel quæ sine quæstu id facit, dicitur turpis licet non in famis. ibidem Surdo nu. 35. subtilissimus Costa in cap. si pa ter 1. par. verbo legauit. n. 40. Nouissime Stephan. Gratia 1. tom. discept. Forens. cap. 135. nu. 5. 8. & 9. vbi. nu. 7. aduc tit quod meretrix dicatur à merendo stipendia libidinis, & quod nõ sufficit vnicus actus & similia expendit. 2. par. ca 204. à nu. 31.

26 Qu

26 Quibus addes legem Regiam extrauagantem nuncupatam vulgo *dos Iulgadores dos bairros da Cidade de Lisboa.* §.23. & §.40.ibi *que publicamente viuerem mal ganhando por seu corpo & não se negando à ninguem contra forma da Ley* & ibi *.são publicas que se não negão aos que por dinheiro á ellas querem ir, porque nestas fala a Ley somente.*

27 Quæ autem dicatur honesta licet aliquo tempore fuerit impudica, cum postea per triennium fuerit emendata, tradit Cabed.1.par.decis 55.

28 Inhonesta vero & meretrix de vicinia expelli potest. Gom.in l.62.tau.nu.3.Pichard.in d.§.iuris præcepta nu.20. vbi notat.à nu.23. quod socius inuito socio neque inhonestum socium neque meretrices inducere potest & à num.24. quod inquilinus inhonestam mulierem in domum inducere possit.

29 Tandem ex alijs quæ ad prætores curiales causarum criminalium spectant secundum regimen Ord. Reg. lib. 1. tit.7.per totum satis colligitur, quam lata sit horum Magistratuum potestas & amplitudo in nostro Regno Lusitaniæ.

Senatus consulta.

30 Primo circa chartas securationis quas prætores curiales causarum criminalium concedunt, & præsides Prouinciarum decretum extat in Senatu, quod si aliquis bona fide chartam securitatis à Iudice incompetenti acceperit, qui chartam nomine Regis concesserit, eo casu cum eadem incarceratus debet relaxari à carcere & a iudice seu præside curiali certiorari & admoneri quod intra quinque dies sit

in sua

in sua libertate pro vt erat ante incarcerationẽ, vt intra illu spatium quinque dierum possit assumere chartam securatio nis à præside curiali competenti.

Et hoc sane ne videatur Princeps Fallax vt aliàs optim & eleganter prosequitur Couasr. lib. 3. variar. cap. 6. num. 9 versiculo Princeps enim videndus.

31 Excitata etiam quæstio fuit in Senatu vtrum in concessione litterarum securitatis in casibus capitalibus deberent adesse quinque Senatores vltra præsidem curialem in forma Ord. Reg. in expeditione horum casuum capitalium an vero sufficerent tres Senatores secundum stylum antiquũ ante Nouam Recopilationem ordinationum siquidem ita ante illam factum est non semel cum tribus dumtaxat Senatoribus.

32 Et tandem decretum est quod in expeditione concessionis litterarũ securationis seruandus sit omnino prædictus Ordo nouus in forma Ord. Reg. & adsint præcise sex Senatores incluso in ijs præside curiali.

33 Rursus dubitatum est in Relatione coram Rectore in mensa magna vtrum quando Senator iudex equitum ordinum in singulis causis criminalibus cuiusque illorum mitit præcatorium præsidibus curialibus vt remissionem faciant actorum, & causarum cognitionem prædictorum equitum, teneantur adimplere & remittere An vero necessum esset quod equites coram præsidibus curialibus venerint cũ exceptione declinatoria.

34 Et auditis præsidibus decretum fuit à maiori parte Senatorum quod quando in præcatorio Iudicis equitum venerit

nerit inserta prouisio perquam constat talem esse equitem & habere comendam vel panes ciuiles quantitatis requisitæ à iure vt possit gaudere priuilegijs ordinis in forma Ord. Reg.lib.2.tit.12.§.2.debebant præsides adimplere huiusmodi præcatorium & remittere cognitionẽ causæ & acta quia in his terminis erat notorietas quæ à iure requiritur in remissionibus id genus, & quæ in casibus clericorum requirit. & expendit Ord.Reg.lib.2.tit.1.§.23.

Styli huius iuditij.

35 Ad actores spectat præparare acta accusationis, & facere quod adiungatur exemplar actus denũtiationis & querellæ & ad Reum spectat adiungere ad acta chartam securationis, si vero Actor non præparauerit tanquam pars amplius non auditur, & in contumaciam proceditur pro parte promotoris iustitiæ.

36 Si fuerint duo Rei aut plures & voluerint separarj in forma Ord.Reg.lib.5.tit.124.§.11.ipsi met debent facere exemplari acta suis expensis, siquidem ita requirunt & est ad eorumdem beneficium & commodum melioris liberationis.

37 Examen vulnerum fit expensis Actoris qui accusat per Medicum & chirurgum Relationis qui ad id electi sunt & si postea victor eualerit soluitur ea expensa cũ cæteris quia Actor debet acta præparare Ord.lib. 3.tit.20.§.2.l. qui in alterius §.fin.vers.nam plane ff.de regul.iuris.

38 Sentẽtia diffinitiua præsidum curialiũ causarũ criminali-

nalium profertur ex Relationis placito, *vulgo per Acordão da Relação*, & ab ea non potest appellari nec supplicari, & solú illi possunt opponi impedimenta nullitatis in Chancellaria, aut in actis assignando prius parti quinque dies citato illius procuratore vt sententiam extrahere faciat à processu vt generale est in auditorio grauaminum & Iudicis Chancellariæ domus, & iudicum causarum Regiæ Coronæ & Patrimonij Regij, & auditorum causarum criminalium qui diffinitiuas in Relatione expediunt, sed in processu sindicatus stylus est dari copiam ad impedimenta opponenda sententijs in ipsismet actis.

ANNOTATIO VII.

DE PRÆTORIBVS CVRIALIBVS CAVSARVM CIVILIVM.

EPITOME.

1 De prætoribus curialibus causarum ciuilium remissiue.

2 Ili magistratus vtuntur regimine præsidum Prouinciarum.

3 Generaliter cognoscunt intra quinque leucas Curiæ de omnibus causis ciuilibus.

4 Ex eorũ præcepto extra quinque leucas possunt conueniri partes in casibus legis diffamari ab eo qui intra quinque leucas Curiæ domicilium habuerit.

5 Actio illius legis non habet locum nisi quando diffamatur de statu personæ.

6 Contra diffamantem potest iudex

dex ad instantiam diffamati tempus illi præfigere intra quod debeat agere alias non audiatur.

7 Diffamatus dicitur Reus & non Actor licet prius causam introduxerit.

8 Sufficit fieri solemnis comminatio silentij imponendi vnica tantum monitione præmissa.

9 Differt remedium legis diffamari à simili remedio legis si contendat.

10 In quo discrimen versetur.

11 Idem prosequitur quod in lege si contendat non requiritur diffamatio.

12 In criminalibus de iure regio ille ad quem spectat accusatio ad jus vocatur vt explicet an velit accusare.

13 Pretores curiales extra Senatum per se expediunt causas ciuiles ne impediatur grauamen ab illis ad Senatores grauaminum.

14 Cognoscunt de causis ciuilibus prælatorum qui in hoc Regno non habent superiorem Ecclesiasticum.

15 De clericorum exemptione à iurisdictione seculari remissiue.

16 Ad hos spectat cognoscere de causis ciuilibus viduarum, pupillorum & miserabilium personarum si voluerint coram illo litigare vel defendi.

17 In proposito remissiue, & quod pupillus siue pauper siue diues dicatur persona miserabilis.

18 Quæ miserabiles personæ existimentur iudicis arbitrio relinquitur.

19 Incarceratus dicitur miserabilis persona & priuilegium concessum tanquam inopi & miserabili non potest repudiari.

20 Prætores curiales cognoscunt de causis plurium maxime nobilium qui enumerãtur in Ord. Reg. lib. 3. tit. 5. in principio.

21 Cognoscunt de causis Senatorum de cæteris remissiue ex serie Ord. Reg.

Senatus consulta.

22 Equites & commendatores ordinis Christi domini respondere tenentur coram iudicibus secularibus in causis ciuilibus quæ à crimine non procedant.

23 Rector debet nominare Senatorem qui in executione procedat & de impedimentis cognoscat interim dum agitur de recusationibus oppositis vtrique præsidi curiali.

24 Scrib-

24 Scribbæ præsidum curialium tam ciuilium quam criminalium possunt adcuriã vocare partes aduersas ratione priuilegij.

25 Sententiæ prolatæ à Senatoribus grauaminum & præsidibus curialibus non possunt exequi & liquidari in iudicio præsidum curialium nisi fuerint inter personas quæ ratione priuilegij possint trahere aduersarios ad Curiam.

26 Religiosi mendicantes qui habent bona in communi non debent reputari personæ miserabile[s] vt possint aduersarios trahere a[d] Curiam ex stylo & praxi Relatio[]nis, & refertur nouissima decisi[o] Senatus, secus est in monialibu[s] cuiusuis ordinis quæ gaudent pri[]uilegio miserabilium.

Styli huius Auditorij.

27 Et sequentibus vsque ad nu[m.] 41. de forma procedendi ex styl[o] & praxi Curiæ.

ANNOTATIO VII.

DE PRÆTORIBVS CVRIALIBVS CAVSARM CIVILIVM.

1 DE his prætoribus cu[ria]libus causarum ciuilium agitur in Ord. Reg. lib. 1. tit. 8. per tot. vbi etiam adscribitur norma procedendi prosequitur Senator Cabed. 1. par. decis. 13.

2 Vtuntur vero hi Magistratus regimine præsidum Prouinciarum de quibus agitur in Ord. lib. 1. tit. 58, per totum.

3 Et generaliter in loco Curiæ seu vbi domus Supplicationis

nis extiterit & intra quinque leucas per nouam actioné in prima instantia cognoscunt de omnibus causis ciuilibus.

4 Et extra quinque leucas possunt ex eorumdé præcepto conueniri partes in casibus legis diffamari C. ingen. & manumis, ad requisitioné eius qui in Curia, vel intra quinque leucas domicilium habuerit, prout disponitur in Ord. Reg. d. tit. 8. §. 1. & lib. 3. tit. 11. §. 4. exornat. Cabed. 1. par. decis. 43. Barbos. in suis Remission. ad Ord. lib. 1. tit. 8. Cou. lib. 1. Var. cap. 18. Soarez à paz in praxi 3. tom. cap. 6. §. 1. Stephan. Gratian. 1. tom. discept. Forens. cap. 85. à num. 1. cum seqq. vbi de similibus præceptis ad tuendam possessionem.

5 In proposito autem obseruabis quod circa remedium d. l. diffamari eleganter aduertit prædicta Ord. Reg. lib. 3. tit. 11. §. 4. quod actio illius legis non habet locum nisi quando diffamatur de statu personæ, scilicet quod sit seruus, libertus, infamis, spurius, incestuosus, clericus coniugatus, & in similibus quæ spectant ad statum personæ, quod ampliat Senator Cabed. dicta decis. 34. ex authoritate Senatus ad casum filiationis ad effectum alimentorum.

6 Secundo obseruabis ex illius tex. hipothesi, atque ex communi Doctorum traditione, contra diffamantem aliquem de statu suo posse iudicem ad instantiam diffamati tempus illi præfigere intra quod debeat agere aliàs vltra tẽpus illud nõ audietur exornat multis similibus glos. vbo sẽtentiã plures de quibus Cou d. c. 18. vbi tenet ex alijs quod iudex quoties iusta causa postulauerit, decernere tenetur vt intra certũ dié agat quis actione sibi cõpetẽti hac adiecta cõminatione, eũ alioqui nõ esse audiendũ eiq; perpetuũ silẽtiũ imponẽdũ

 fore

fore, glos. coiter recepta in l. vnica C. vt nemo inuitus agere.

8 Tertio aduertas quod diffamatus dicitur reus & non Actor quãuis causam prius introduxerit, & ideo trahit diffamantem ad iudicem ipsius diffamati, vt probat Stephan. Gratian. 1. tom. discept. Forẽs. cap. 85. nu. 1. & vltim. quia sufficit quod Reus fuerit diffamatus, tunc enim dicitur prouocari ad causam cum diffamare sit ad iudicium prouocare ex Bald. in d. l. diffamari in fin. nu. 9. vers. item in lege nostra.

8. Vtrum autem requiratur bina admonitio, an vnica tantum sufficiat vt perpetuum silentium indicatur diffamanti, controuersum est ex relatis à Couas vbi supra nu. 2. crebius tamen & in praxi frequentissime receptum attestatur sat esse fieri solemnem comminationem silentij imponendi vnica tantum monitione præmissa.

9 Differt autem hoc remedium legis diffamari à simili remedio legis si contendat ff. de fideiussoribus, quanuis aduocatorum vsu simul misceri soleant ad faciliorem causæ & litis expeditionem.

10 In eo vero discrimen versatur quod diffamatio præcedere requiritur vt agi posit remedio legis diffamari; ac proinde possessor aljcuius rei regulariter non potest à iudice petere vt cogat titium super eadem re intra certum terminum agere vel declaret nullum ius ad illam rem eidem competere, quia nemo inuitus agere cogendus est l. vnica vt nemo inuitus, nisi tamẽ diffamatio præcesserit vt in d. l. diffamari.

11 At vero in d. l. si contendat non requiritur diffamatio, sed qui timet actionibus non opportune impeti, eo tempore quo legitimis defensionibus varijs casibus fuerit frustratus,

pote-

poterit petere à iudice, vt pronuntiet sibi exceptioné aduersus titium verbi gratia competere, seque liberum esse ab ea actione, quæ ipsi titio competere aliquomodo videtur, tenet ibi glosa cõmuniter recepta, similis in l.aurelius §. centũ ff. liber.legat.plures de quibus Cou.vbi supra nu.3.

12 Memineris tamen apud nos in criminalibus extare Regiã Ord.lib.5.tit.124.in principio, qua disponitur vt ille ad quem spectat accusatio criminalis ad ius vocetur scilicet vt explicet an vellit accussare, & terminus præfigitur Actori, in auditorio quod ad primã audientiam libellum accusationis proponat aliàs nõ audietur exornãt plures de quibus Emanuel Barbos.in suis Remissionibus ad illam Ord.

13 Rursus in proposito prætorum curialium obseruabis quod hi Magistratus extra Senatũ per se expediunt causas ciuiles ad munus suum spectantes ne impediatur grauamé ab illis ad Senatores grauaminum vt latius desponitur in Ord.Reg.lib.1.tit.8.§.17.

14 Item coguoscunt de causis ciuilibus per nouam actioné Prælatorũ qui in hoc regno non habent superiorem ecclesiasticum qui de illorum causis cognoscere queat vt disponitur in d.tit.8.§.3.& lib.2.tit.1. in principio declarat Valasc.2.tom.consult.141.nu.11.Cabed.2.par.Aresto 4. Bobadilha in sua Politica lib.2.cap.18.nu.127.

15 Generaliter vero de clericorũ exemptione à iurisdictione seculari prosequitur Cou.pract.cap 31. Soarez à Paz in sua Praxi 2.tom.in proæm.& in primo prælud. cum seqq. vbi late plures de quibus nouissim.Emanuel Barbos. in suis Remisionibus ad dictas Ord. Reg. Cardoso do Amaral in

ſua ſumma ſeu praxi iudicũ verbo Clericus §.41.cũ ſeqq. & dubia circa iuriſdictionẽ ſpectant ad iudicem Regiæ Coronæ ex Ord.lib.1.tit.9.§.11.& 12.& lib.2.tit.1.§.15.

16 Ad præſides curiales etiam ſpectat cognoſcere de cauſis ciuilibus viduarum, pupillorum & miſerabilium perſonarum ſi voluerint coram illo litigare, vel defendi vt diſponitur d.tit.8.§.6.&.lib.3.tit.5.§.3.

17 Et in propoſito videquæ Cou.pract.cap.6.à n.1.& cap.7.à nu.1.Senator Cabed.1.par.deciſ.54.ex nu. 12. & Areſto 32.&.33.& 2.par.Areſto.6.& tex. in l.1.C. quando Imper. inter pupil. & viduas vbi communis traditio Guido Pap. deciſ. 566. Stephan. Grattian. 1. tom. diſcept. Forens.cap. 182.vbi notat.quod pupillus ſiue pauper, ſiue diues dicitur perſona miſerabilis & gaudet priuilegio dictæ legis vnicæ.

18 Quæ vero miſerabiles perſonæ exiſtimentur iudicis arbitrio relinqui probat Menoch.de arbitr.lib.2. caſu.66. Didac.Perez l. 1.tit.2.lib.3.ordinam Greg.in l.48.tit.6. part. 1. gloſ.magna poſt med. Rebuf.in conſtit.regni tit. de ſentent: prouiſion.pag.295.cum ſeqq.artic.3.gloſ.vlt.Cabed. 1. par. deciſ.54.nu.9.

19 Et in propoſito notabis quod incarceratus dicitur miſerablis perſona ex Hipolit in Pract. Crimin.§.nunc videndum nu.11.& §. attingam nu.75.poſt Bart. in tract. de carcere in fin.Did.Perez in l.1.tit. 1.lib.3.ordinã verſ.itẽ carcerati Conrad in curiali breuiar. lib.1.cap.9.§.3.num.27. pag. 278.& quod priuilegiũ conceſſum alicui tanquã inopi, & miſerabili perſonæ non poſsit repudiari not. Barboſ.in l.alia is §.eleganter nu.50. ff. ſolut. matrim.

20 Item

20 Item prædicti prætores curiales cognoscunt de causis plurium, maxime nobilium, qui enumerantur in Ord. Reg. lib.3.tit.5 in principio explicat Senator Cabed.1. par. decis. 173.nu.5. & decis.181 .atque etiam eorum de quibus Ord. d.lib.3.tit.6.& tit.12.Cabed.decis.26.

21 Item de causis Senatorum vt disponitur in Ord. d. tit. 8.§.7. & lib.2.tit.59.§.10.cum seqq.vbi per totum agitur de priuilegijs Senatorum late Cabed 1.par.decis.213. & 2.par. decis.86.Barbos.in l.1. ff.iudicijs art. 3. à nu. 222. Emanuel Barbos.in suis Remissio.ad d.tit.8.§.7. cætera vero quæ ad prætores curiales causarum ciuilium spectant ex serie Ord. Reg.lib.1.tit.8.satis superque inotescumt.

Supremi Senatus consulta seu decreta ex lib.8. vulgo dos assentos da Relação, *ad huiusmodi officium.*

22 Extat decretum signatũ à Rege in d. lib.8.fol.72.vers. in casu quo eques ordinis vulgo de Auys conquæstus est à præside curiali causarum ciuilium ex eo quod illum non remitteret ad iudicẽ prædicti ordinis, & per Senatores qui aderant in mensa magna euictum est grauamen non fuisse illatum à præside præcipiente, quod coram ipso responsio fieret, & videns Rex eandem rationem habere locum in equitibus & Commendatoribus ordinis Christi Domini, vt non debeant remitti ad iudicem Prædicti ordinis in causis ciuilibus, & quod ita sẽper in praxi receptũ fuit in causis ciuilibus equitum ordinis diui Iacobi, præcepit vt equites & Commendatores ordinis Christi Domini respondere tene-

 antur

antur coram iudicibus ſecularibus in cauſis ciuilibus, quæ crimine non procederent & non remitterentur ad iudicem ordinis, & quod deinceps cauſæ ciuiles pendentes coram iudice ordinis Chriſti Domini remitterentur in ſtatu quo inuenirentur ad iudices ſeculares ad quos aliàs ſpectaſſent de quo extat Ord. Reg. lib. 2.tit. 12.§.1. Cabed.de Patron Reg.Coronæ cap.10.& 15.cum ſeqq.

Et merito quia ratio legis vel ampliat vel reſtringit dicti legis ex Bart.in l.cum pater §.dulciſsimis ff.de leg.2.Cabed 1.par.deciſ.24.nu.2.ad fin.& expreſum dicitur quod ſub ratione cõpræhéditur Molin. de primo gen.lib.1.cap.5. à n.7 cum ſeqq.Cabed.1.par. deciſ.25.nu.9. nouiſſime Stephan Gratian.1.tom.diſcept.Forenſ.cap.110.nu.5.

23 Rurſus in dicto lib.fol. 111. extat aliud decretũ in quo ſuborta eſt dubitatio in Relatione coram Rectore iuſtitiæ vtrum quando contra executionem opponũtur impedimẽtá & intimatur recuſatio vtrique præſidi curiali ſuperſedendum foret in executione, quouſque cauſæ recuſationum decidere ntur, an vero Rector iuſtitiæ alium Senatorem nominare deberet qui tãquam præſes curialis in executione procederet, & de impedimentis cognoſceret, & decretum fuit quod Rector nominaſſet Senatorem qui in executione procederet, & de impedimẽtis cognoſceret interim dum ageretur de recuſationibus.

24 In eodem lib.fol.116.coram Rectore excitata eſt quæſtio in menſa magna vtrum ſcribbæ præſidum curialium tã ciuilium quam criminalium poſſent ad Curiam vocare partes aduerſas ratione priuilegij eorumdem, & attenta forma

Ord.

Ord. lib.3.tit.5. in principio, & rescripti regij diuisionis inter ipsos cibarij quod solum habebant scribbæ causarum criminalium decretum est quod omnes possent ad Curiam vocare partes aduersas ratione priuilegij.

25 Similiter fol. 119. vers eiusdem libri extat decretum Senatus, quod sententiæ prolatæ à Senatoribus grauaminum, vel à præsidibus curialibus quæ non essent inter personas, quæ ratione priuilegij possent vocare aduersarios ad Curiã, non possent exequi & liquidari in iudicio præsidum curialium, si ad id essent vocati ad iudicium à locis extra quinque leucas.

26 In proposito tandem aliud decretum notatu dignũ est in eodẽ lib. fol. 136. vers. quod Religiosi mendicantes qui habent bona in communi, non debeant reputari tãquam personæ miserabiles ad effectum vt possint trahere partes aduersas ad iudicium Curiæ quod quidem est secundum stylum & praxim sæpe sæpius obseruatam in Relatione in casibus similibus, & extat simile decretum in Senatu Portucalẽsi teste Emanuele Barbos. in Remission. ad Ord. lib. 3. tit. 5. §. 3. num. 15. quod exornabis ex ijs quæ Couas practic. cap. 7. num. 3. licet ibi contrarium in Hispania receptũ asserat.

Ex quibus cum Nouissime excitata fuerit contentio inter Religiosos ordinis Diui Augustini ciuitatis Leiriensis *vulgo de Leiria* contra virum nobilem Pantalião Ferreira de Tauora, qui domiciliũm habet in oppido Consilij de la foens conuentus ad iudicium præsidis curialis causarũ ciuilium opposuit me patrocinante exceptionem declinatoriá & posthabita à præside curiali per petitionem grauaminis

 ad Se-

ad Senatum obtinui nuper quod exceptio reciperetur, scribba processus Ioanne de Paiua.

Aduertas tamen quod moniales cuiusuis ordinis miserabilium personarum priuilegium habent notat. Cabed. 1. par. decis. 54. num. 9. in fin.

Styli huius auditorij.

27 Pauperes & miserabiles personæ solent facere petitionem cuilibet ex duobus prætoribus curialibus quod volũt aliquem conuenire ad huiusmodi iudicium Curiæ pro causa quæ solet exprimi in petitione & si pars aduersa extra curiã & quinque leucas domicilium habeat petunt dari chartam citatoriam vt conueniatur ad respondendum in Curia, & facto summario testium cum iustificatione paupertatis dari præcipitur, & fieri solet ab scribbis Curiæ cum termino cõuenienti vt à die citationis ad certum terminum signatum secundum distantiam locorum veniat responsurus ad territorium vero vrbis & intraquinque leucas Curiæ scribbæ pet se solent dare præceptum quod signatur à prætore curiali ad aduersarium conueniendum.

28. Et cum fide citationis accusari solet in auditorio sequẽti post terminum, & si causa fuerit ordinaria vsque ad primam audientiam proponendus est libellus, & in causa proceditur via ordinaria secundum formam Ord. Reg. lib. 3. tit. 20. de ordine iudicij qui generaliter in omnibus auditorijs seruatur exornat Emanuel Barbos. in suis Remissionibus in d. tit. 20. Emanuel Mendez à Crasto in sua Practic. Lusitana

na lib. 3. cap. 2.

29 Si vero causa est obligationis alicuius scripturæ, seu chirographi liquidi & puri proceditur per asignationem decem dierum in forma Ord. Reg. lib. 3. tit. 25. exornat Nouissime Emanuel Mendes à Castro in sua Practic. Lusitan. lib. 3. cap. 22. de praxi processus in actione decem dierum Barbos. d. tit. 25.

30 Quando autem citatio fit in animam illiquo in audientia in qua actio proponitur defertur iuramentum Actori Reo non comparente vel eidem Reo si compareat, & hoc stylo vtuntur prætores curiales qui non prorogant aliam audientiam Reo non comparenti licet contrarium vidi practicari, & vti à Senatore Michaeli à Barreira cum fungeretur munere præsidis curialis.

Neque etiã præcipiunt Actori signare in actis terminum, vt causa iuramento partis aduersæ decidatur in qualibet quantitate prout fieri solet in auditorijs iudicum causarum ciuilium vrbis vt obseruauimus in nostris annotationibus ad Caminham annotat. 40. n. 23. & 24. nouissime & generaliter de citatione in animam, nonulla etiam obseruat Mendes à Castro in sua Practica Lusitana lib. 3. cap. 1. §. 1.

31 Et quamuis Ord. Reg. lib. 3. tit. 1. §. 13. vers. porẽ disponat quod quãdo detur locus probationi in processu, & pars aduersa tempore quo primo fuit citata apparuit in iudicio, & fuerit præsens in loco vbi agitur causa tempore quo asignatur dilatio citetur personaliter ad videndum iurare testes praxis tamen & stylus Curiæ differt. quia sufficit citare procuratorem & ita seruari solet indistincte prout notum est & testa-

testatur Cabed. 1. par. decis. 50. nu. 3. & 2. par. Aresto. 35.

32 Insuper si petatur dilatio in Regno Castellæ ad assignationem trium mensium, Ord. lib. 3. tit. 54. §. 5. stylus est petentem iurare de calumnia, quod recte & vere petit absque eo quod ad illud iuramentum præstandum conueniatur.

33 Et transactis dilationibus ordinarijs loci in quo processus agitatur si factæ sunt protestationes ad assignationem ad loca alia externa, illico signatur dilatio qua transacta tunc dari solet copia ad impedimenta objicienda publicationi testium vulgo *Ao lançamento de mais proua as abertas & publicadas, & vindo as testemunhas de fora dos lugares para que se assinou a dilação, jurando pendendo a mesma dilação de fora se perguntão no lugar onde o feito se trata.*

34 Ad reformationem dilationis forensis seruatur stylus quod requiratur cum certitudine quod steterit per officiales non interrogare testes tunc pleruūque reformari solet dimidium temporis prius assignati, & ita practicatur dispositio Ord. Reg. lib. 3. tit. 54. §. 9. ibi *prouando a parte tão legitimo impedimento, &c,*

35 Post publicatam sententiam diffinitiuam, si quilibet litigantium ab ea Supplicat. seu conquæritur soluta quantitate de qua Ord. Reg. lib. 3. tit. 84. §. 4. & parte citata ad prosequendum grauamen, stylus est præcipere in auditorio quod intra primā audientiam vadat ad superiores supplicationis si non petatur copia processus ad impedimenta objicienda cōcessioni grauaminis si vero partes nobiles propter paupertatem non possint soluere in Chancellaria quantitatem pro grauamine seruatur stylus de quo supra meminimus annotat.

tat. 5. num. 13.

36 Delato processu ad superiores, vt supersedeatur in executione sententiæ intra sex menses Ord. lib. 3. tit. 84. §. 14. stylus est in auditorio præsidis curialis ostendere certitudinem quod grauamen distributum est, & si pars supplicans notorie non sit bonis sufficiens ad solutionem debiti, præcipitur justificari quod habet bona ímobilia sufficientia alias fideiussorem præstet ad condẽnationẽ, & si non præstiterit, illiquo sententia executioni mandatur in forma Ord. Reg. lib. 3. tit. 84. §. 14.

37 Stylus etiam huius iudicij differt ab stylo iudicum proprietatum vrbis circa nuntiationes noui operis quia in hoc iudicio Curiæ pars quæ nouum opus nunciat vulgo *faz noti-ficar o embargo da obra* requirenda est vt proponat rationem impedimentorum quæ habet ad nunciandum nouum opus, *vulgo a se auer de aleuantar o embargo que pos,* & in praxi ita receptissimum est, sed non ita obseruari solet in iudicio ædiliũ & iudicum proprietatum vrbis vbi pars cui nouum opus nunciatũ est opponit impedimenta quæ habet vt operis impedimentum tollatur, & in hunc modum semper practicari vidimus sed stylus Curiæ obseruari debet ex Ord. lib. 3. tit. 64. in principio Gama decis. 16. nu. 7. Cabed. 1. par. decis. 2. nu. 11. & decis. 212. num. 5.

38 Stylus etiam est iudices & præsides vrbis deprecari hos præsides curiales vt hi similiter deprecẽtur inspectores Patrimonij Regij *vulgo Vedores da fazenda* ad solutionem eorum quæ spectant ad consilium Patrimonij Regij vel ad arrestanda debita, *vulgo embargar*, & tũc ex præcepto *do Vedor da fazẽda*

fieri

fieri solet oppignoratio solutio, vel atrestum, hæc tamē practica quæ ita obseruatur in hac Curia & in domo Portugalensis ciuitatis est contra omnem rationem, & in iure non habet fundamentum quo possit iustificari, & solum in quadam vanagloria nititur.

Et in his præcatorijs prius nominari solet *o Vedor da fazēda*, & postea præses curialis licet secus sit quando deprecantur alios, qui non habent titulum dominationis, *vulgo senhoria*, quia tunc stylus est quod præcatorium incipiat à nomine præsidis deprecantis.

39 Tandem notatu dignum est quod die lunæ hebdomadis sanctæ vesperi solet fieri audientia præsidum curialium causarum ciuilium.

40 Stylus etiam seruatur in auditorio præsidum curialium causarum ciuilium quod licet Rei conuenti extra Curiam per chartas citatorias vt veniant respondere ad Curiam opponant in partibus impedimenta, vt citatio effectum non sortiatur nihilominus tamen post remissionem chartæ cum impedimentis ad præsidem curialem, nō cognoscitur de impedimentis, imo illis non obstantibus Actor accusata citatione ad primam audientiam libellum actionis in iuditio offert, & illius fit distributio, dataque copia Reo ad contrariādum tunc impedimenta ad citationem pro exceptione dilatoria iterum offert, & de illis ante litis contestationem cognosci solet, & ita seruat stylus Curiæ.

41 Stylus etiam est quando aliqua impedimenta remittūtur quod impediens prius dicat de iure super receptione impedimentorum, postea vero impeditus contra receptionem

cum

cum tamen secus sit quando agitur de impedimentis in quolibet iudicio absque remissione ad aliud.

Et ratio poterit esse quia quando impediméta ad nouum iudiciũ remittũtur; impediens qui habetur loco Actoris ex reg.l.1.ff.de except.debet prius agere seu proponere suam intentionem, & dicere.

ANNOTATIO VIII.

DE IVDICE CAVSA RVM REGIÆ CORONÆ.

EPITOME.

De Iudice causarũ Regiæ Coronæ remissiue.

2 Apud Romanos is Magistratus inter cæsarem & rempublicam priuatamque iudex constitutus procurator cæsaris dicebatur.

3 Princeps legum imperio cui præest solutus est.

4 Confirmatur ex Ord.Reg.

5 Digna vox est Maiestatis regnantis se Principem legibus ligatum profiteri.

6 Quare placuit Magistratum creari, cui inter Principem, priuatasque personas competens esset iurisdictio.

7 De iudice processuum bonorũ patrimonialium quæ ad Principem tanquam ad priuatum spectant remissiue.

8 Iudex Regiæ Coronæ cognoscit

noscit de causis bonorum quæ ad Regem tanquam ad Principem spectant.

9 Regis patrimonium dupliciter consideratur nempe publicum & priuatum.

10 Priuatum patrimonium explicatur.

11 Publicum patrimonium, seu Regiæ Coronæ quid sit.

12 Dicuntur etiam iura regalia de quibus remissiue.

13 Apud nos fundi patrimoniales dicuntur vulgo reguengos.

14 De iure communi fundi priuati Principis, & fundi fiscales æque dicuntur patrimoniales.

15 De iure regio bona quæ Princeps denuo acquirit quouis titulo nō habentur pro patrimonialibus.

16 Intelligitur in prædijs rei priuatæ quæ Principi tanquā priuato acquiruntur.

17 Ampliatur inpædijs fiscalibus & acquisitis denuo tanquam Principi.

18 De causis quarum cognitio spectat ad hunc Magistratum remissiue.

19 De grauaminibus ab Ecclesiasticis in casu notoriæ oppressionis seu violentiæ aut iuris naturalis non seruati.

20 Quando suboritur dubitatio inter iudices ecclesiasticos & seculares super iurisdictione, si aggrauans fuerit laicus, ad iudicem causarum Regiæ Coronæ specta[t] cognitio.

21 Ere est annotare aliqua a[d] cognitionem iuris naturalis no[n] seruati ab ecclesiasticis.

22 Principes non possunt dero[-]gare iuri positiuo habenti funda[-]mentum consonum iuri diuin[o] aut rationi naturali.

23 Ius naturale secundum do[c-]trinam Phylosophorum dicit[ur] omne adæquatum siue commens[u-]ratum à natura secundum absol[u-]tam sui rationem.

24 In ea acceptione commu[ne] est ius naturale vniuersis reb[us] creatis.

25 Apud iuris cōsultos ius n[a-]turale in strictiori acceptione [su-]mitur pro inclinatione.

26 Intelligitur & explana[tur] mens l. primæ. §. 1. vers. ius na[tu-]ra'e ff. de iustitia & iure.

27 Secundum prædictam re[so-]lutionem deffinitur ius natur[ale].

28 Intelligitur immutabil[itas] iuris naturalis iuxta commu[nem] traditionem quoad prima pri[nci-]pia.

29 Secus in ijs conclusionibus quæ ex dictis Principijs etiam per necessarias consequentias deducuntur.

30 Contra communem magis placet quod etiam cōclusiones prædictæ immutabiles sint sicut prima principia à quibus deriuātur.

31 Assignatur ratio.

32 Probatur non mutationem sed magis interpetrationem recipere.

33 Consuetudo legem diuinam nec naturalem mutare potest, illā tamen poterit limitare distinguere declarare & augere.

34 Exemplum in vsario contractu repugnanti legi diuinæ.

35 Item legi canonicæ, & legi ciuili & naturali.

36 Potest interpetrari quod talis contractus non cadat sub consideratione illiciti.

37 Princeps non potest dispensare circa ea quæ sunt iuris naturalis tam in primis quā in inferioribus præceptis.

38 Dispensare est eximere subditum á vinculo legis & ratio naturalis non subijcitur potestati principis.

39 Princeps poterit declarare iustam causam legem generalem deficere in aliqua casu particulari.

40 Assignatur ratio differentiæ inter interpetrationem iuris & dispensationem.

41 Exempla propununtur primum in homicidio.

42 Secundum in furto.

43 Rationes differentiæ remissiue quare liceat furari, & quare non liceat fornicare propter extremam necessitatem.

44 Ex prædictis colligitur explicatio casuum in quibus potest grauamen interponi ab ecclesiasticis iuris naturalis non seruati.

45 Exemplum in non admittendo appellationem ad superiorem.

46 In procedendo ad condemnationem contra inauditum & indefensum neque iudicialiter conuictum.

47 Ex causa poterit Princeps tollere defensionem.

48 In causa spolij contra in auditum ab ecclesiastico commissi, competens est iudex Regiæ Coronæ.

49 Idem cognoscit de causis spectantibus ad præsentationē ecclesiarum iuris patronatus Regiæ Coronæ etiā ex districtu relationis

Guu-

Senatus consulta.

Stylus.

ANN[O]

ANNOTATIO VIII.

DE IVDICE CAVSA RVM REGIÆ CORONÆ.

1 HIc magiſtratus apud nos, vulgo dicitur *Iuiz dos feitos del Rey da Coroa*, de quo agitur in Ord. Reg. lib. 1. tit. 9. per totũ exornat Senator Cabed. 2. par. decis. 118. & alij quos nouiſſime refert Emanuel Barboſ. in ſuis Remiſſion. d. tit. 9. Emanuel Mendez à Caſtro in ſua Practica Luſitana lib. 1. capit. 2. §. 2. à num. 7. & de iuriſdictione regali late, & erudite apud Hiſpanos proſequitur Bobadilha in ſua Politica lib. 2. capit. 18. per totum & cap. 19. de illius defenſione num. 3. 4. 32. 48. cum ſequentibus.

2 Ex veterum tamen Authorum monumentis obſeruauimus eum magiſtratum, qui inter Cæſarem, & Rempublicam priuatamque conſtitutus eſt Iudex, procuratorẽ cæſaris nuncupari, vt teſtatur floccus aliàs Feneſtel. de poteſtatibus Roman. lib. 2. cap. 26. Pompon Læt. de Magiſtratibus Roman. cap. 25. cũ alijs Vlpian Paul. Caliſtrat. Iuris conſult. per totum ff. officio procuratoris cæſaris.

3 Licet enim Princeps legum imperio cui præeſt ſolutus ſit. l. Princeps ff. leg. 1. quia eſt ſupra ius poſitus cap. propoſuit.

ſuit de conceſ. præbendæ vbi cõmunis Doctorũ traditio l. fin. ff. conſtit. principũ, exornat Senator Cabed, 1. par. deciſ. 12. n. 3. eſſeque legẽ animatã in terris auth. de conſulibus §. fin. vbi gloſ. & relati à Cabed. 1 par. deciſ. 212. num. 3. ad fin.

4 Quibus addes apud nos optimam Ord. Reg. in propoſito lib. 2. tit. 35. §. 21. verſ *porque* vbi eleganter legislator Luſitanus in hæc verba.

Porque nenhũa lex pello Rey feita o obriga, ſe não em quanto elle fũdado em razão & igualdade quizer a ella ſometer ſeu real poder.

5 Digna tamen vox eſt maieſtatis regnantis ſe Principem legibus ligatum profiteri l. digna. vox C. de legibus & humani animi freta modeſtia legum teneri vinculis haud quaquam reformidat principalis celſitudo à qua legum, magiſtratuumque omnium origo deducitur, exornat Gregor Lopes in l. 16. tit. 1. partit. 1. gloſ. 1.

6 Cæterum quoniam maiorem ſe, à quo ius inter eum, priuatumque ac Rempublicam decernatur, impoſſibile inuentu erat ipſumque Principem in propria cauſa iudicare haud ſane æqum eſſe videretur ex l. qui iuriſdictioni ff de iuriſdict. omnium iudicũ & per totum C. nequis in ſua cauſa iudicet placuit magiſtratum creari cui inter Principem, priuataſque perſonas competens quidem eſſet iuriſdictio, qui ſane procurator cæſaris dictus eſt, de quo apud nos agitur in Ord. Reg lib. 1 tit. 9. per totum, & dicitur iudex proceſſuum Regiæ Coronæ.

7 Similiter alius magiſtratus creatus eſt, qui dicitur, vulgo *Iuiz dos feitos del Rey da fazenda*, de quo agitur in Ord. lib. 1. tit. 10. & de eo in annotatione ſequenti, qui iudex eſt proceſſuum

cessnum bonorum patrimonialium, quæ ad Principem tãquam ad priuatum spectant.

8 Sed hic Magistratus iudex Regiæ Coronæ de quo modo agimus procurator cæsaris dicebatur bonorum quæad Regem tanquam ad Principem spectabant, & ideo dicitur etiam procurator fisci, de quo agitur in tit. C. vbi causæ fiscales.

9 Vnde illud in proposito aduertere opportet quod Regis patrimonium dupliciter consideratur, alterum namque priuatum dicitur, alterum publicum imperiale, seu Regiæ Coronæ.

10 Priuatum autem illud est quod ad Regem tanquam ad personam priuatam, veluti adquemuis particularem spectat, nempe si à quopiam hæres institutus sit iuxta tex. in l. 1. & 2. ff. officio procurat. cæsar. vel si habeat alia bona, quæ ei obuenerint antequam Regis supremam dignitatem adeptus fuerit.

11 Publicum vero patrimonium seu Regiæ Coronæ illud est quod ei competit tanquam Principi, & respectu Imperij, seu principatus, l. 2. vers. res enim fiscales ff. ne quid in loco publico.

12 Et dicuntur etiam iura regalia vt in Ord. Reg. d. tit. 9. in principio ibi *direitos reaes* & lib. 2. tit. 26. l. 1. in principio, & §. fin. ff. de iure fisci. auth. bona damnatorum C. de bonis proscript. cum alijs de quibus Gom. in l. 40. tau. numer. 10. Vallasc. de iure emphiteut. quæs. 8. nu. 32. pater Molina de iustitia pag. 354. vers. bona, & ad vtrumque patrimonium alludere videtur tex. in l. bene à zenone C. de quadrien.

 præs-

præſcript.notatur in rubrica C.de fundis patrimon. lib. 11.

13 Notabis autem quod apud nos fundi patrimoniales dicuntur vulgo, reguengos paſſim, vt in Ord. d. tit. 9. in principio, & libr. 2. titul. 30. & 31. cum alijs ſic dicti a Rege in cuius patrimonio ſunt explicat eleg. Vallaſc. de Iure Emphyteut. quæſ. 13.num. 1.verſ.hos autem.

14 Animaduertere tamen opportet quod licet inſpecto iure communi fundi priuati Principis, & fundi fiſcales æque dicantur patrimoniales, vt tenet gloſa in rubrica C. fundis patrimon.lib.11.gloſ. in rubric. C.fundis rei priuatæ eodem lib, & in l. 1. C. de mancipijs & colonis dominicis eodem lib. quam poſt Plat. Lucam & alios ſequitur Rebuf.in l.1.num.8.C.illo titul.de fund.patrim. & in priuatis hoc planius procedat.

15 De iure tamen regio apud nos bona quæ Princeps denuo acquirit, vel ex donatione, vel ex teſtamento alicuius, vel datione in ſolutum ſeu quouis alio titulo non habentur pro patrimonialibus hoc eſt por reguengos vulgari ſermone, nec gaudent priuilegijs talibus conceſſis, vt diſponit Ord. Reg lib.2.tit.30.

16 Idque non ſolum intelligendum eſt in prædijs rei priuatæ Principis, quæ eidem tanquam priuato acquiruntur, vt videntur ſuadere verba illa ibi, *nos ſerem dados, ou deixados, &c.*

17 Verum etiam in prædijs fiſcalibus, & acquiſitis tanquam Principi, vt colligitur ex generalitate rubricæ eiuſdem Ordinationis ibi, *que as herdades nouamente*

acqui-

acquiridas por el Rey, &c. & in principio eiusdem Ord. ibi *à nôs & a Coroa de nosso Reino*, & ibi *por qualquer outro titulo.*

18 De causis vero quarum cognitio spectat ad hunc magistratũ & sigillatim prosequitur Ord. Reg. d. tit. 9. per totũ, Senator Cabed. 2. par. decis. 118. & Aresto 64. cum seqq. & Aresto. 85.

19 D grauaminibus autem ab ecclesiasticis in casu notoriæ oppressionis, seu spolij, aut non seruati iuris naturalis, in quibus Princeps tanquã Rex & dominus tenetur subditis succurere, prosequitur Ord. Reg. d. tit. 9. §. 12. & lib. 1. tit. 12. §. 6. & 7. Senator Cabed. 2. par. decis. 119. Auiles ad cap. prætorum cap. 3. verbo iurisdicion. & in cap. 20. glos. vsurpan. cum seqq. erudite Bobadilha in sua polytica lib. 2. cap. 19. *de la jurisdicion Real*, Doctissimus Ceuall. in tractatu de cognitione per viam violentiæ, vbi late & diserte prosequitur tã in prologo quam in glosis pro repetitione legis 36. tit. 5. lib. 2. & lib. 2. tit. 6. lib. 1. nouæ Recopil. atque etiã in 2. par. eiusdem tractatus per plures quæstiones Garcia Mastrillo Siciliæ decis. 83.

20 Quando vero suboritur dubitatio inter iudices ecclesiasticos & seculares vtrum ad hos vel illos spectet iurisdictio, iudex causarum Regiæ Coronæ competens est ad cognoscendum vtrum iurisdictio pertineat ad ministros regios, si aggrauans fuerit laicus, & ita semper in praxi frequenti vsu receptum fuit in hoc regno, vt colligitur ex Ord. Reg. lib. 2. tit. 1. §. 15. & proceditur forma præscripta in Ord. lib. 1. tit. 12. §. 6. & 7.

21 Cæterum non erit abs re circa iurisdictionem regalem

de qua agitur annotare nonulla ad cognitionem iuris naturalis non seruati ab ecclesiasticis, de quo meminit Ord. Reg. d. tit. 9 §. 12.

22 Et primo obseruandum est quod neque etiam Principes possunt derogare Iuri positiuo habenti fundamentum consonum iuri diuino, aut rationi naturali vt notat. ex pluribus Senator Cabed. 1. par. decis. 12. nu. 20. & probatur ex tex. eleganti in §. sed naturalia. ibi diuina quadam prouidẽtia constituta. inst. de iure naturali, gent. & ciuili. vbi exornãt nouiores. §. minus inst. hæredit. quæ ab intestat. apud Hispanos l. 5. tit. 24. part. 4. cap. 1. 5. dist. cap. vlt. vers. naturale ergo 6. dist. Couas in reg. peccatum 2. par. §. 11. num. 3. vers. verũ Cabed. 2. par. decis. 179 nu. 10.

23 Secundo obseruandum est quod ius naturale secundum doctrinam Phylosophorum dicitur omne adæquatum, siue commeusuratum à natura secundum absolutam sui ratonẽ, vt explicat D. Thomas 2. 2. quæs. 57. art. 2. vers. respondeo. Ius quippe proprie significat iustum siue adæquatum, cap. ius generale 1. dist. pater Molin. tract. 1. de iustitia disput. 6. vers. sciendum.

24 Et ita commune est vniuersis rebus creatis secundum hãc latiorem iuris naturalis acceptionem, vnde earum motus, & operationes naturales censentur iuris naturalis, veluti quod leuia moueantur sursum grauia deorsum, & alia huiuscemodi.

25 Strictior tamen est acceptio iuris naturalis secundum nostros iuris consultos, apud quos sumitur pro inclinatione, siue propensione quæ naturaliter mouet appetitum rationa-

tionalem hominis, absque vllo rationis discursu.

26 Et ita intelligitur & explanatur mens & intentum Iuris consulti in l. 1. §. 1. vers. ius naturale ff. de iustitia & Iure quatenus intendit eandem vim, & inclinationem brutis & hominibus innatam esse, scilicet homini sub ratione iuris, brutis vero, vtpote rationis & iuris incapacibus ex cap. mulier ibi nullo modo capax. 15. quæs. 1. per impetum ex appetitu naturali, vt recte explicat Couar. lib. 1. comment. iuris cap. 4 num. 7. Soto lib. 1, de iustitia quæs. 4. art. 1. ad fin. Fortun. in l. 1 §. 1. ff de pact. num. 9. notabiliter Budæus in l. 1. ff iustitia & iure col. 1.

27 Vnde apte secundum prædictam resolutionem definitur ius naturale, vt sit lex mentibus hominum à natura indita absque discursu, ex qua definitione colligitur immutabilitas iuris naturalis iuxta supradicta.

28 Quod intelligendum est iuxta communem traditioně quoad prima principia, & propositiones ad quarum assensum lumine tantum naturali inclinamur se motu discursu seu ratiotinio, quæque nobis per se naturaliter innotescunt, quemadmodum censentur illa, quod tibi non vis alteri ne facias, bonum est appetendum, malum vitandum, hominibus in pace viuendum, & id genus alia de quibus late Soto lib. 1 quæs. 4. art 4. quæ semper & vbique habent eadě vim, vt inquit Phylosophus lib. 5 ethyc. cap. 7.

29 Secus vero in ijs conclusionibus quæ ex dictis principijs etiam per necessarias consequentias deducuntur vt resoluit D. Thomas 1. 2. quæs. 94. art. 6. Molina vbi supra disput 4. vers. dubium tamen Soto lib 1. quæs. 4. art. 4.

30 Cæterum contra communem magis placet quod etiã conclusiones siue particularia præcepta, licet non ita sint per se naturaliter nota habent intrinsecam bonitatem, & æquitatem, ac proinde immutabilia sunt, sicut prima principia aquibus deriuantur.

31 Cum enim vtraque præcepta in boni & æqui ratione constituantur quoad substantiam, deficiente in aliquo casu æquitate ipsa, etiam præcepta deficiant necesse est, ne aliquid existat sine sui substantialibus contra notissima Phylosophiæ principia.

32 Et ita non mutationem, sed magis interpetrationem recipiunt, per quã deficiente æquitate siue iustitia præcepti ob aliquam causam, intelligimus præceptum illud non esse de iure naturali, licet alliàs secũdum verba eiusdem iuris naturalis esse videretur.

33 Sicut etiam consuetudo legem diuinam nec naturalem mutare potest ex D. Thom. 1. 2. quæst. 97. art. 3. dd. in cap. fin. de consuetud. illam tamen potest limitare, distinguere declarare, & augere vt ex mente D. Thomæ dicit sum. Arm. in vers. consuetudo § 3.

34 Vt puta non potest facere quod contractus illicitus & vsurarius sit licitus, quia repugnat legi diuinæ, Exodi 23. leuit. 25. Deutoron. 23. Esaiæ 2. cap 15. Psalm. 14. & 15. Esech. 18. lucæ 6.

45 Item legicanonicæ. vt per tot extra de vsuris, in sexto Clemét. legi ciuili in auth de ecclesiastic titul. & legi naturæ polit. lib. 1. cap. 6. & 7. & lib. 4 Ethyc. cap. 1. & 5. Bald. in rubric. C. de vsur.

35 Po-

36 Potest tamen interpetrari quod talis contractus non cadat sub consideratione illiciti, Roch. de Curs. super cap. fin de consuetud. fol. 15. in paruis vers. 3. limita.

37 Hinc etiam colligitur principem non posse dispensare circa ea quæ sunt iuris naturalis siue ad prima, siue ad inferiora præcepta spectent.

38 Dispensare etenim est eximere subditum à vinculo legis quo aliàs tenebatur glos. communis verbo vt plerisque in cap. requiritis 1. quæst. 7. notat. Couas de sponsalibus 2. par. cap. 6. §. 9. num. 2. Soto lib. 1. de iustitia quæst. 7. art. 3. ratio vero naturalis haudquaquam potestati principis supposita est d. §. sed naturalia l. eas ff. de cap. diminut, notat. Bart. & cois in l. vlt. C. si contra ius vel vtilit. late & erudite prosequitur hispanus Picard. in tractatu de nobilitatis inter virum & vxorem communicatione disputat. 2. à nu. 69. cum seqq.

39 Attamen cum dispensatio duobus modis summatur, primo pro relaxatione iuris, secundo pro interpetratione iuris ne habeat locum in casu quodam particulari propter aliquã iustam causam occurrentem vt explicat ex D Thoma & alijs insignis Barbos. in 2. par. rubricæ a nu. 104. ff. solut. matrimonio, quæ dicitur episeia per quam declaratur legẽ generalem non comprænhendere aliquem casum particularem saltem quoad mentem, dicendum est primo modo non posse principem dispensare circa ea quæ sunt iuris naturalis poterit tamen secundo modo declarare ob iustam causam legem generalem deficere in aliquo casu particulari.

40 Neque ita oberunt supra dicta circa interpetrationem eiusdem iuris, interpetratio namque priuatum non eximit à

legis

legis vinculo permanente legis obligatione, vt facit dispensatio, sed perpensis circunstantijs occurrentis casus iudicat in eo deficere legis vinculum & ita non infringitur sed declaratur non subesse.

41 Exempla patent sic enim præceptum illud naturale, nõ occides interpetramur non offendi per homicidium in propriam defensionem commissum, quia inspecto eodem iure naturali, defensio omnibus permissa est ex l. vt vim ff. iustitia & iure l.2.& 3.C.ad l.Cornel. de Sicar. cum pluribus alijs de quibus Gom.3.tom.cap.3.nu.20.Iul.Clar.in §.homicidium à nu.25.Farinac.de homicidio quæs.199.nu.122.

42 Sic & illud furtũ non facies, siquis fame coactus, victus gratia alienum assumat, cap. 5. quis propter necessitatem de furtis late Fortun.in l.veluti ff.iustitia & iure Couas de sponsalibus 2.par.cap.6.§.9.nu.2:cum seqq. D. Thom.2.2. quæ.54.art.5.

43 Et circa rationem differentiæ quare liceat furari & quare non liceat fornicare propter extremam necessitatem vide quæ erudite prosequitur Surdo de alimentis tit. 8. priuileg.40.

44 Ex prædictis igitur pro explicatione Ord.Reg. d.tit. 9. §.12.iam clarius inotescũt casus in quibus dici poterit quod iudex ecclesiasticus non obseruat partibus ius naturale, vt possint per petitionem grauaminis, vel per instrumentum occurrere ad iudicem causarum Regiæ Coronæ, vt illis prouideat si iuste conquerantur in forma d.§.12.Cabed.2. par. decis.118.nu.2.Barbos.in suis Remission.ad d. tit. 9. §.1.

35 Veluti quia non admittitur appellatio ad superiorem

inter-

interposita, & fit sententiæ executio appellatione remota in casibus in quibus de iure admittenda est etiam in rebus ecclesiasticis, & inter personas ecclesiasticas prosequitur Ceuall. 1. par. de cognitione per viam violentiæ glos. 1. à num. 7 & glos. 6. per totam vbi erudite explicat, & à nu. 34. resoluit quod cognoscere per viam violentiæ est in fauorem iurisdictionis ecclesiasticæ nõ agendo de iustitia causæ principalis.

46 Vel procedat ad condemnationem contra inauditum & indefensum, neque iudicialiter conuictum, vt declarat elegans Ord. Reg. lib. 2. tit. 1. §. 13. quia defensionis facultas cũ sit de iure naturali non potest cuiquam denegari l. defensionis facultas C. de iure fisci lib. 10. vbi comunis traditio c. 1. de causa posses & propriet. Cabed. 2. par. decis. 179. n. 10. Clem. Pastoralis §. præterea de re iudicata.

47 Ex causa tamẽ poterit Princeps eam tollere vt ex multis confirmat Cabed. vbi supra.

48 Vnde etiam in casu spolij contra inauditum ab eclesiastico commissi competens est iudex Regiæ Coronæ ex dicta Ord. tit. 9. §. 12. & lib. 2. tit. 1. §. 2. Vallasc. 1. tom. consult. 11. n. 2. & consult. 43. nu. 4. & nu. 8. & 11. ad. fin. Senator Cabed. 1. part. decis. 82. & decis. 76. nu. 4. & in tractatu de patronatu Regiæ Coronæ cap. 49. à nu. 10. Gutter. in quæstion. canonicis quæs. 34. per tot. quia causa possessoria etiam de re spirituali dicitur prophana & secularis ex glos. in cap. litteras de iuram calumn. & in cap. cum dilectus de election. Bobadilha in sua Polytica lib. 2. cap. 19. nu. 31.

46 Cognoscit etiam iudex causarum Regiæ Coronæ de causis spectantibus ad præsentationem ecclesiarum iuris pa

trona-

tronatus Regiæ Coronæ, quæ erunt tractandæ in iudicio seculari, licet sint ex districtu Relationis Ciuitatis Portugalensis ex Ord. Reg. lib. 1. tit. 9. §. 13. & lib. 2. tit. 1. §. 7. ex pluribus notat. Lusitanus Cardos. do Amaral in sua summa seu praxi verbo causa §. 10. apud Hispanos Azeuedo l. 2. num. 4. tit. 1. lib. 4. Nouæ Recopilat.

50 De quo apud nos extat concordata regni in hæc verba.

Neste apontamento se determinou, que o conhecimento do direito do padroado pertence ao Iuizo Ecclesiastico, & porem quando à duida for antre à Coroa. & as pessoas que della o pretenderem ter, ou antre dous donatarios da Coroa, ou outras pessoas que delles tiuerão causa, ou sobre força o conhecimento pertence ao Iuizo secular.

E pello mesmo modo se a causa for sobre alguns bens à que se pretenda ser annexo o direito do padroado, o conhecimento pertence ao Iuiz secular, que por via de declaração pronunciara se està annexo, ou não.

15 Singula autem membra quæ facit prædicta concordata sigillatim & diserte explicat Senator Cabed. in tractatu de Patronatibus Regiæ Coronæ cap. 49. per totum. vbi à nu. 5. obseruat quod Capellanus Maior seu eius auditor iudex competens est in causa iuris patronatus regij, quando dubiũ vertitur inter procuratorem regium & præsentatum cum aliquo ordinario, siue procurator Regis Actor sit siue Reus.

Senatus consulta.

52 Et in eodem tractatu cap. 50 refert idem Cabed. supremi Senatus decretum esse quod donatarij Coronæ possunt conuenire ordinarios super patronatibus, aut ab ordinarijs prouisos coram Auditore Capellani Maioris per Bullam

Leonis

Leonis decimi perinde ac si talia iura patronatus essent in Corona Regia, & non forent donata vt in iuribus regalibus generaliter probat Ord.Reg.lib.1.tit.9.in principio ibi, *posto que dos ditos bens & direitos tenhamos feito merce à algũas pessoas*

53 ACENTO DO LIVRO DA RELAção. fol. 125. vso.

Treslado de hũas commissoẽs del Rey Dom Ioaõ o Terceiro, & de hũa sentença da Relação, com certas determinaçoẽs, que se tomarão no Anno de 56. sobre materias de iurisdiçoẽs ecclesiastica & secular & por ser em casos notaueis mandou o Regedor Diogo da Syluа, que se tresladassem.

Manda el Rey nosso Senhor, que o Canceller Mòr, & Dom Simão da Cunha, & os Lecenceados, Francisco Dias do Amaral, & Bras Daluide, Dezembargadores do Paço, & os Doutores, Christouão Teixeira, & Phelippe Antunes, com os Iuizes que foraõ neste feito determinem os embargos, que por parte do Bispo dangra foraõ postos á sentença, & determinaçaõ, que pellos ditos Iuizes foi dada no caso conteudo nestes autos Lisboa, o primeiro de Iulho de 556. REY.

Acordão os do Dezembargo del Rey nosso Senhor, visto a commissaõ de sua Alteza, & os embargos cem que veio o Bispo Dangra à sentença que nestes autos se deu, & a disposição de direito em tal caso, mandão que a dita sentença se cumpra com as declaraçoẽs seguintes.

54 *Que o dito Bispo & seus officiaes conheção dos casos de vsura quando a duuida for sobre questão de direito somente, porque sendo a questã de facto pertence o direito della ao Iuiz secular.*

55 *E assi conhecera o dito Bispo & seus officiaes das penas pecuniarias das visitaçoẽs, naquelles casos em que por direito podem conhecer*

por

por via de visitação.

56 E assi nos casos de amancebados que notoriamente o forem conforme a direito não procedendo a prizão, mas poderão inuocar ajuda de braço secular.

Cabral. Gaspar. Dom Simão. Francisco Aluide. Christouão Teixeira. Phelippus.

57 Que o terceiro capitolo dos ditos pregoẽs, que diz os mordomos das confrarias não respondão, se não perante o Iuiz dos residos se entenda quando as ditas confrarias não forem instituidas per authoridade do Prelado, porque neste caso se guardara a forma da Ordenação lib. 2. tit. dos residos Antiqua quæ est Ord. in nouis lib. 1. tit. 62. §. 39. declarat. Vallasc. 2. tom. consult. 105. nu. 56. Cabed. de Patron. Reg. capit. 42.

58 Que o quarto capitulo que diz que pessoa algũa não responda, senão diante as justiças seculares, ainda que sejão demandadas por diuidas, que se deuião ao Bispo, ou seus officiaes, se não entenda nas diuidas que se deuerem ao dito Bispo de direitos episcopaes nos casos em que por direito os leigos deuem perante elles responder, nem nas diuidas que se deuerem aos ditos officiaes, por respeito de seus officios.

Os quaes capitolos estão assinados, pello Chanceler Mòr Gaspar de Carualho, Dom Simão, Francisco Dias do Amaral, Bras Daluide, Christouão Teixeira, Phylippe Antunes.

E com estos capitulos, estão outros particulares, que se não treslada rão, porque tocauão à pessoa do Bispo Dangra, & seu prometor sobre as penas que o Corregedor das Ilhas, lhe tinha postas, & de tras dos ditos capitulos està hũa confirmação del Rey Dom Ioão o Terceiro na forma seguinte.

Manda el Rey nosso Senhor, que o parecer atras escrito, se cumpra & guarde, como se nelle contem, & que se ajunte ao feito que se tratou sobre os cazos contendos no dito parecer no Iuizo dos feitos de sua Alteza, & que quando se tirar a sentença do processo, se treslade, & incorpore nel

te nella o dito parecer: & esta prouisão será se assi auer de comprir Manoel da Costa à fez, em Lisboa à 13. de Dezembro de 1556. REY.

Fezse asento no liuro da Relação do dito treslado a 13. dias de Março de 1592. por Ioão Roiz Nouaes guarda Mòr da Relação, tirado do feito do Iuizo da Coroa, que està no cartorio de Agostinho Rabello escriuão do dito Iuizo.

59 Notabis autem circa illud primum quod attinet ad vsuram veriorem esse opinionem, vt adiudicem secularem spectet cognitio, quãdo agitur de quæstione facti, secus si de substantia contractus seu de quæstione iuris, prout decreuit Senatus, quia tunc ad ecclesiasticum pertinet, Bart. in l. titia num. 7. ff. soluto matrim. Dec. cons. 170. col. fin. Couas de sponsal. 2. par. §. 12. nu. 5. & 8.

60 Et licet Ias. in l. quoties nu. 7. C. de iudicijs contrarium teneat, aduersus eum verior est opinio, vt per Osasc. decis. 137. num. 11. Nauar, in cap. nouit. notab. 6. Illat. 7. num. 44. de iudic. Spino de Testam. glos. 13. nu. 67. plures de quibus Ceuall quæst. 11. nu. 9. Stephan. Gratian. 1. tom. discept. Forens. cap. 14. nu. 23. vbi dicit etiam hoc casu posse defendi illius cognitionem, vt pote mixti fori spectare quoque ad iudicem secularẽ ex adductis per Farinac. de inquisit. quæs. 8. nu. 140. vers. quarta sit conclusio.

61 Quæ faciunt ad intellectum Ord. Reg. lib. 2. tit. 9. in principio. ibi *onzeneiros*, vbi vsura dicitur casus mixti fori Gama decis. 110. num. 1. Vallasc. 2. tom. consult. 133. nu. 13. Senator Cabed. 1. par. decis. 166. Couas. lib. 3. Var. cap. 3. nu. 1. vers. ego. Iul. Clar. in §. vsura num. 4.

62 Deinde circa administratores confraternitatum obseruabis, quod administratores tam Ecclesiastici, quam laici fabricæ

bricæ cuiusuis ecclesiæ etiam cathedralis, hospitalis confraternitatis, & quorumcumque piorum locorum tenentur singulis annis reddere rationem administrationis ordinario sublatis quibuscumque priuilegijs & consuetudinibus incontrarium, vt latius habetur in Consilio Tridentino sess. 22. cap. 9. de reformat, exornat nouissime Stephan. Gratian. 2. tom. discept. Forens. cap. 395. num. 1. & 7. cum alijs.

63 Obseruabis etiam rescripto regio prouisum esse quod ex hoc iudicio non dentur processus ad alia, & stylus est non posse dari, vt deferantur ad alia iudicia, & idem obseruatur in iudicio processuum regij patrimonij, vulgo *Iuizo dos feitos del Rey da fazenda.*

Stylus iudicij.

64 *Appellandese da sentença do ecclesiastico* ad Sanctam Sedem Appostolicam, seu eius nuntium, *& não recebendo à appellação, o stylo he, fazerse petição de agrauo, ao Iuiz dos feitos da Coroa, na Relação,* in forma seq.

SENHOR.

Agrauase á Vossa Magestade, Ioaõ morador em tal parte, do Doutor Ioaõ conseruador das Ordens v. g. a razão he que Ioaõ, como priuilegiado, que disse ser de tal Igreja monio a elle supplicante, dizendolhe fazia força, em lhe tomar de alluguer hũas casas, & parecendo elle supplicante ante o dito Conseruador, embargou o dito monitorio, dizendo que não fazia força, nem o dito Ioaõ era priuilegiado, pello que ao Iuizo secular pertencia à dita causa, sendo como era antre leigos, & o dito Conseruador lhe não recebeo os ditos embargos, & apellando ad Sanc-

tam Se-

tam Sedem Apost. vel eius Nuncium, *lhe não recebeo a appelação, & mandou proceder, & os tem censurados, & declarados por escomungados, no que lhe faz notorio agrauo, & força, & vsurpa a iurisdição de vossa Magestade.*

Pede a V. Magestade. o desagraue mandando se não proceda contra elles, & R. M.

Assina o auogado.

Acordão em Relação &c, aja vista o Conseruador, & com sua resposta torne. Lixboa tantos de tal mes de tal anno.

Assinase o Iuiz dos feitos da Coroa, com dous adjuntos.

Autuada se faz concluso ao Ecclesiastico, que poem por despacho. Iuntesse aos autos, & tornem pera responder. Assinase.

Responde nos autos por escrito, allegando, o que faz em confirmação do que tem prouido; & como não tem feito agrauo.

Tornase a fazer conclusão ao iuiz dos feitos del Rey da Coroa

Desembargo.

Acordão em Relação, se passe carta pera o Conseruador mandar a este Iuizo os autos tocantes a esta materia. Lisboa tantos de tal mes &c.

O estylo he fazerse auto apartado da primeira carta que se passa, em nome de sua Magestade, para o Ecclesiastico mandar os autos ao Iuizo da Coroa.

Dandose os autos se appenção, & nos primeiros do agrauo se poẽ dezembargo na forma seguinte.

Acordão em Relação &c. vistos estes autos de agrauo, que se tirou do Conseruador do Mosteiro de Sanctos, v. g. & como se mostra os Agrauãtes serẽ leigos, & da jurisdição secular, & no caso de que se trata não terem commetido força algũa de que possa conhecer o dito Conseruador, nem o foreiro mostra ser priuilegiado conforme à Ord. nem se lhe faz força, em lhe tomarem as casas de alluguer, visto telas expostas a isso, pello que emproceder com censuras neste caso auexa aos supplicãtes notoriamente, o que visto, & o mais dos autos mandão se passe carta para o dito Conseruador, porque o dito senhor lhe roga, & encommen-

da não proceda com censuras, & leuante as que tem postas, & não o fazendo asi o que delle se não espera, mandão as justiças seculares lhe não guardẽ nesta parte suas sentenças mandados, nem procedimentos nem euitem aos supplicantes; nem lhe leuem penas de escomungados. Lixboa, tantos de tal mes. Assinase o Iuiz dos feitos da Coroa com os adjuntos.

Passase à primeira carta pella Chancellaria, a qual se leua ao ecclesiastico, que nas costas poem por despacho, que o escriuão de seu Iuizo vá com ella, & com os autos ante elle.

Outro despacho do Ecclesiastico.

Tenho feito justiça, pello que em consciencia, não poso comprir a sentença da Relação de sua Magestade, a tantos de tal mes. Assinase.

Autuada pello escriuaõ do Iuizo da Coroa, se faz conclusa, a Relação onde se poem o Acordaõ seguinte.

Acordaõ em Relaçaõ, &c. visto como o Conseruador, não comprio à primeira carta, nem dà rezaõ bastante para a deixar de cõprir, mandaõ se passe segunda, na forma costumada. Lixboa, tantos de tal mes.

Assina o Iuiz dos feitos del Rey, com os dous adjuntos.

Passasse segunda carta, em forma de sentença tirada do processo, aqual ao passar pella Cancellaria, se pode embargar pella parte, & nos embargos, se procede, como nos mais, que se oppoem à passar as sentenças pella Chancellaria, impugnandose, & sostentandose.

E não se recebendo, se manda, per vltima sentença, passar pella Chancellaria, & entregar a parte, & condenão ao embargante nas cusstas na forma da Ord.

Esta segunda carta se autua, em auto apartado, & se leua ao ecclesiastico para à comprir se torna.

Acordão em Relação &c. visto como o Conserurdor, ou o Vigairo geral, não cõprio as cartas, que deste Iuizo, lhe foraõ passadas, nem da reposta bastante, para as deixar de comprir, mandão se passe certidão, as partes pera com ella requererem ao dito senhor. Lisboa &c. Assinasse o iuiz, & adjuntos.

Ileua

Leua o escriuão os autos a mesa do Paço, onde se põe em mesa despacho, que se passe carta, porque o ecclesiastico sera chamado estando fora da Corte, & estando nella per recado na forma da Ord. lib. 1. tit. 12. §. 6. para dar razão de como toma a jurisdição real.

E sendo nella ouuido o ecclesiastico, com o Iuiz, & procurador dos feitos da Coroa, se toma assento, que se escreue nos autos, na forma seguinte.

Forão ouuidos nesta mesa o procurador da Coroa, & Iuiz dos feitos della com o Conseruador das Ordens, ou com o Vigairo géral, ou auditor da Legacia, sobre a materia deste agrauo; & acentouse que as cartas estauão bem passadas, & se deuião comprir, Em Lixboa, tantos de tal mes &c, Assinaõse os Dezembargadores do paço.

E o escriuão do Iuizo da Coroa, passa sua certidão, como foi notificar o acento da mesa do Paço, ao ecclesiastico, & do que lhe respondeo, v. g. como elle obedecia as cartas de sua Magestade, & que logo absoluiria os agrauantes, mas que protestaua não lhe prejudicar a ordem que viesse de nouo de sua Magestade.

E se com tudo o ecclesiastico, não quer desistir dos procedimentos & absoluer os agrauantes, ao procurador da Coroa pertence procurar & defender a jurisdição de sua Magestade, na forma da Ord. d. tit. 12. §. vlt. Cabed. 2. par. decis. 119. eleganter Auiles ad capita prætorum cap. 3. verbo jurisdicion, & in cap. 20. glos. vsurpan cum seqq.

E o estylo he, mandarse tomar as caualgaduras ao ecclesiastico, defenderlhe que seus criados, o não siruão, & as padeiras, que lhe não vendão pão, & aos fornos, que lhe não cozão, nem os mais officiaes o siruão em seus ministerios, & se notifica a seus rendeiros, & caseiros, lhe não acudão com as rendas, & se procede lhe mandão sequestrar suas rendas, & o desnaturalizão, & mandão se saya do Reyno, quæ tamen expulsio non fit apud nos nisi consulto Principe notat Emanuel Mendez à Castro in sua Practic. Lusitana lib. 1. cap. 2. §. 2. num. 8.

E querendo o ecclesiastico obedecer, faz o agrauante, petição ao mesmo ecclesiastico juntando á certidão que o escriuão lhe passa como o ecclesiastico queria obedecer as cartas de sua Magestade.

E na petição propoem que pois consta da certidão que quer obedecer, lhe mande passar sua absolução, leuantando as censuras, & R. M.

E o ecclesiastico, poem por despacho, que o ha por absoluto, & qualquer Cura, ou Confessor dos approuados o possa asoluer.

ANNOTATIO IX.

DE IVDICE PROCESSVVM REGII PATRIMONII.

vulgo, Iuiz dos feitos del Rey da Fazenda.

EPITOME.

1 APud Romanos procurator cæsaris dictus est Magistratus cui inter Principem circa illius patrimonium priuatum & inter personas priuatas conpetens erat iurisdictio.

2 Olim procuratori cæsaris omnis res familiaris commissa erat.

3 De iudice processuum regij patrimonij remissiue.

4 Ad hunc Magistratum spectat expedire in Relatione processus & instrumenta grauaminum quæ pertinent ad regium patrimonium, & quomodo procedatur.

5 Quæ acta prius debeant expediri, & quomodo debet scribi sententia sine differentia in signis.

6 In expeditione processuum, patrimonij regij in quibus procurator patrimonij regij fuerit pars semper debet adesse.

7 Non cognoscit de instrumentis grauaminam à distributoribus vectigalium & super ordine & exactione eorumdem.

8 *Ad eum spectat cognitio processuum inter litigantes super officijs quorum cartæ fuerint datæ & signatæ à Rege, vel ab ijsqui habent curam inspectionis regij patrimonij.*

9 *Idem suscipere debet cognitionem grauaminum per simplices petitiones ab interlocutorijs officialium à quibus poteſt prouocari seu supplicari ad iudicem regij patrimonij.*

10 *Non cognoscit de petitionibus grauaminum ab exactoribus iurium regalium, nec quando agitur de iurisdictione aliquorum processuum bonorum patrimonialium.*

11 *Exemplum in causa ardua familiarum Sancti Officij Inquisitionis.*

12 *Post tres sentencias conformes non est casus reuisionis.*

13 *Ad hunc magistratum spectat cognitio omniũ processuum in quibus procurator patrimonij regij se opposuerit, vel voluerit asſiſtere.*

14 *Cognoscit de appellationibus & grauaminibus quæ exeunt à prouisore & officialibus basilicæ vlysiponensis.*

Senatus consultum.

15 *Sententiæ iudicis processuum patrimonij regij non signantur per duos sed solum per iudicem processus.*

16 & 17 *Circa consilium patrimonij regij.*

ANNO.

ANNOTATIO X.

DE IVDICE PROCESSVUM REGII PATRIMONII.

vulgo Iuiz dos feitos del Rey da Fazenda.

1 HIc magiſtratus apud Romanos procurator cæſaris dictus eſt vt ſupra adnotauimus in præcedenti annotatione, & de eo extat titulus ff. officio procuratoris cæſaris, cui inter Principẽ circa eiuſdem patrimonium priuatum, & inter perſonas priuatas competens erat iuriſdictio.

2 Et huc ſpetant ea quæ in præcedenti annotatione adduximus ex veterum authoritate, & quidem olim procuratori cæſaris omnis res familiaris commiſſa erat, & quidquid js egiſſet ratum erat apud cæſarem, & penes hunc magna erat authoritas, vt colliges ex Pomponio læto de Magiſtratibus Roman. cap. 25. Andr. Domin. Floc. aliàs Feneſtel. lib. 2. de Poteſtat. Roman. cap. 26.

3 Apud nos vero de hoc iudice proceſſuum Regij patrimonij proſequitur Ord. Reg. lib. 1. tit. 10. per tot. exornat Senator Cabed. 2 par. deciſ. 118.

4 Primo igitur ad huiuſmodi magiſtratum apud nos ſpectat expedire in Relatione proceſſus & inſtrumenta grauaminum

minum quæ pertinent ad regium patrimonium, & in illis in quibus procurator Regij patrimonij fuerit pars, non debet adscribi sententia, nisi fuerint tria vota conformia, si vero fuerit varietas in votis, dabuntur tot iudices, quorum maior pars sit saltem trium conformium, & in ea sententia signare debent etiam illi Senatores qui fuerint in votum contrarium, ex Ord. Reg. lib. 1. tit. 1. principio.

5 In processibus autem inter partes, vbi primum fuerint duo vota conformia adscribetur sententia sine vlla differétia in signis quibus possit sciri quod fuerint in contrarium arbitrium in partem vel in totum vt aduertit prædicta Ord. d. tit. 10. in fine principij vbi etiam præcipitur quod expediantur prius acta negotij tribunalis rationum Regis vulgo *dos Contos*.

6 Secundo debet expedire processus patrimonij Regij tam negotij Regni, quam Indiæ, Africæ, & rationum regiarum, vulgo *dos Contos*, & eodem modo processus patrimonij de qnibus agatur inter partes, tam ciuiles quam criminales, instrumenta grauaminum, ad quorum expeditionem Rector iustitiæ eidem ordinabit vnam aut duas mensas cum Senatoribus qui necessarij videbuntur secundum qualitatem negotiorum, & processuum quos expediendos habuerint, & in expeditione illorum in quibus procurator patrimonij regij fuerit pars semper debet adesse, ex Ord. Reg. d. tit. 10. §. 1.

7 Cæterum non suscipiet cognitionem instrumentorum grauaminum, qui extracti fuerint ab officialibus, qui distribuunt vectigalia incapitationum consiliorum, neque etiã similiter eorum qui fuerint extracti super ordine & exactio

ne eorumdem; quia cognitio talium instrumentorum; & eorumdem expeditio spectat ad illos qui habent munus inspectionis patrimonij Regij, vulgo *Vedores da fazenda*, quamuis partes à solutione vectigalium in totum ratione præuilegiorum si quæ dicant habere velint se eximere, vt aduertit Ord. Reg. d. tit. 10. §. 1. in fine.

8 Tertio ad hunc magistratum spectat cognitio processuum inter litigantes super officijs, quorũ chartæ fuerint datæ & signatæ à Rege aut ab ijs qui habent curam inspectionis patrimonij Regij; vulgo *Vedores da fazenda* quorum copia dari etiam debet procuratori Regij patrimonij ex Ord. d. tit. 10. §. 2.

9 Quarto idem iudex suscipere debet cognitionem grauaminum per simplices petitiones ab interlocutorijs officialiũ à quibus potest prouocari seu supplicari ad iudicem Regij patrimonij ex Ord. d. tit. 10. §. 5.

10 Non vero, cognoscet de petitionibus grauaminum ab exactoribus aut alijs officialibus qui partes coegerint soluere iura regalia rerum quæ dicant non debere, aut magis quam debeant, aut quod non seruauerint circa illud præuilegia quæ habuerint; & id genus alijs de quibus Ord. Reg. lib. 1. tit. 10. §. 6. & quando agitur de iurisdictione aliquorum processuum bonorum patrimonialium quia hæc omnia spectant ad cognitionem tribunalis consilij patrimonij Regij & idem erit in appellationibus & instrumentis grauaminis qui fuerint extracti super dictis casibus.

11 Et ita me patrocinante factum est in causa ardua quæ excitata est *à Francisco Gonsaluez, feitor da imposição dos vinhos,*

contra familiares Sancti officij Inquisitionis, scribba Pero de Morim, super solutione impositionis nouæ vinorum non obstante priuilegio ratione cuius vtebantur eximi, & in prima instantia exactor impositionum vulgo *o Almoxarife das imposiçoens das sete casas*, protulit sententiam in fauorem Actoris pro solutione impositionis nouæ, quam confirmauit in secunda instantia per appellationem *o Contador da fazenda*, postea vero causa deuoluta ad iudicem patrimonij Regij in tertia instantia post longam controuersiam ex mãdato Regis expedita est diffinitiue in tribunali rationum Regni & domus, vulgo *no Tribunal do Reyno, & casa*, cum adiunctis, & præses fuit quidam inspector patrimonij Regij vulgo *Vedor da fazenda* in forma Ord. Reg. d. tit. 10. §. 7. vbi etiam confirmatæ fuerunt sententiæ primæ & secundæ instantiæ.

12 Et licet à familiaribus Sancti Officij petita est reuisio, respondi inter alia non esse casum reuisionis post tres sententias conformes ex Ord. Reg. libr. 3. titul. 95. §. 8. & §. 10.

13 Quinto ad hunc magistratum spectat cognitio omniũ processiuum in quibus procurator patrimonij regij se opposuerit, vel voluerit assistere, illiquo enim debent remitti ad iudicem regij patrimonij & nullus iudex deinceps poterit suscipere cognitionem illorum tam in omnibus iudicijs Curiæ, quam in omnibus Prouincijs & dominijs Regnorũ Portugaliæ ex Ord. Reg. lib. 1. tit. 10. §. 8. Cabed. 2. par. decis. 119. num. 7. cap. decis. 197. num. 3. Pereg. de Iure fisci lib. 7. tit. 5. num. 9. relati nouissime à Barbos. in suis Remissionibus ad

d. tit.

d.titul. 10. §. 8.

14 Sexto hic iudex Regij patrimonij cognoſcit de appellationibus & grauaminibus quæ exeunt à prouiſore & officialibus Baſilicæ vlyſiponenſis, vulgo *da Alfandega de Lisboa*, ſuper exportatione mercium per tranſuerſos tramites vulgo *ſobre deſcaminhados das mercadorias*, & rerum quæ ad dictam Baſilicam pertinent, ſi quantitas exceſſerit ſexaginta mille nummos & fuerit prouocatum per partes condemnatas, aut per procuratorem proceſſuum dictæ Baſilicæ mercium cui præcipitur in Ord.Reg.d.tit. 10.§.9 quod ſemper appellationem interponat pro parte patrimonij Regij in dictis proceſſibus ſi partes non fuerint condemnatæ in omnibus quæ aduerſus eas exegerit cum alijs quæ in propoſito per §§. ſequentes proſequitur prædicta Ord.Reg.

Senatus conſultum.

15 Deretum extat ſignatum à Rege in lib. Relationis fol. 30. quod ſententiæ iudicis proceſſuum patrimonij Regij nō ſignentur per duos, ſed ſolum per iudicem proceſſus, & hoc ob euitādas dilationes & expenſas quæ inde partibus ſequebantur, & ita de inceps iuſſit Rexqui aderat in Relatione obſeruari.

Quod exornabis ex ſimili Senatus decreto circa auditores appellationum criminalium, de quo infra aunotat. 10 numer. 14.

Circa conſilium patrimonij Regij,

16 In hac Curia Vlyſiponenſi extat conſilium patrimonij Regij, in quo conueniunt tres viri illuſtres ex nobiliſſima fa-

mili

milia, quorum vnusquisque singulis heddomadis præest in consilio, & dicuntur vulgo *Vedores da fazenda.*

17 Insuper tres consiliarij Senatores litteris & iuris prudẽtia ornatissimi, quorum antiquior fungitur munere iudicis iustificationum, vulgo *Iuiz das justificações da fazenda* nuncupatus, & Senator qui in Relatione procurator est processuũ Regij patrimonij, eodem etiã numere fungitur in hoc consilio, vbi adest quando necesse est, quemadmodum etiam alius Senator qui est procurator processuum Regiæ Coronæ de quibus infra annotabimus.

ANNOTATIO X.

DE AVDITORIBVS APPELLATIONVM CRIMINALIVM DOMVS SVPPLICATIONIS.

EPITOME.

1 *Quatuor Senatores domus supplicationis sunt auditores appellationum causarum criminaliũ.*

2 *De his magistratibus remissiue.*

3 *Processuum expeditio.*

4 *Horum auditorum singuli referunt mutuo causas iuxta suam distri-*

distributionem, præstantque suffragia.

5 *Similiter ostenditur quod in alijs supremis consilijs auditores iudicum simul & relatorum munere vtuntur.*

6 *Secus vero apud Hispanos.*

7 *Quandoque in supremo consilio regni Hispaniæ in causis quæ breuiter expediri solent, illud obseruatur.*

8 *Quomodo expediantur appellationes ad Senatum deuolutæ à sententijs iudicum & præsidum causarum criminalium vrbis Vlysiponensis.*

9 *Appellationes à sententijs iudicum forensium & præsidum prouinciarum per exemplaria processuum originalium expediuntur.*

10 *Quomodo tabelliones iudiciales debeant exemplaria facere appellationum.*

11 *In appellationibus generaliter idem ordo seruari debet.*

12 *Instrumenta dierum apparitionis non habent locum in processibus criminalibus in quibus iustitia locum habuerit.*

13 *Casus in quibus iustitia habet locum remissiue.*

Senatus consultum signatum à Rege.

14 *Sententiæ, cartæ & qualibet pronuntiationes Auditorum causarum criminalium signari debēt per solum iudicem processus ad cuitandas dilationes & expensas.*

15 *Stylus num. 15. & 16.*

ANNO.

ANNOTATIO X.

DE AVDITORIBVS APPELLATIONVM CRIMINALIVM DOMVS SVPPLICATIONIS.

1 QVatuor Senatores domus supplicationis sunt auditores appellationum causarum criminalium, vt notat legislator Lusitanus in Ord. Reg. lib. 1. tit. 5. in principio.

2 De his prosequitur Ord. lib. 1. tit. 11. per totum Senator Cabed. 1. par. decis. 14. vbi à nu. 3. explicat quæ sit causa mere criminalis, quæ ciuilis, quæ mixta, partim criminalis & partim ciuilis. vbi etiam à nu. 14. cum seqq. Senatus decreta notatu digna adducit, & remissiue de his Magistratibus nouissime Emanuel Barbos. in suis Remissionibus ad Ord. Reg. d. tit. 5.

3 Obseruabis autem ex d. Ord. Reg. tit. 5. §. 1. quod vt melior & breuior expeditio processuum fiat vnusquisque horum Auditorum processa singula debet exacte videre à principio vsque ad finem annotando singula substantialia, vt quando processus relationem dederit in Senatu facilius possit ostendere & inuenire quæ fuerint necessaria, vt exemplificat Ord. vbi supra & per §§. sequentes.

4. Vnde

4 Vnde annotabis quod apud nos horum Auditorum singuli referunt mutuo causas, iuxta suam distributionem, præstantque suffragium & decidunt cum adiunctis Senatoribus domus qui non sunt auditores criminales, sed à Rectore petuntur ad decisionem causarum ex Ord.d.tit.5.§.7. & ita in nostro Senatu, Auditores iudicum simul & relatorum munere vtuntur.

5 Sic etiam fieri solet in alijs supremis Consilijs, auditorijs & parlamentis vt Franciæ, Parisiensi, Tholosano, & alijs, Rotæque auditorio, & Aragonum consilio testantur Ludouic.Gom. in Reg. Cancellariæ quæs. 16. de vtriusque signaturæ compendio vers. postquam igitur pag. 324. Octauian. de moribus iudiciorum Curiæ Romanæ lib.7.vers. lata Budæus in primis in prandectas annotation. tit. de Senator l. vlt. doctissimus Hispanus Matienso in Dialogo relatoris 1. par.cap.5.nu.3.

6 Apud Hispanos vero non ita fit, & in Chancellaria Vallisoleti, & Granatensi sunt duodecim relatores causarum ciuilium, duo insuper criminalium, & referentium auditorũque munus distinctum est, vta vt illi relatorum mere officio funguntur & suffragia non præstant sed Auditores causas dirimunt, vt notat Matienso in d. Dialogo Relatoris cap. 5. à num.2. & nu.4.

7 Licet quandoque in supremo Consilio Regni Hispaniæ causæ quæ breuiter expediri solent per præfectũ senatui, alicui ex Senatoribus committuntur qui duobus cuiuslibet ebdomadæ diebus commendata coram alijs refert, super quibus, relatione facta, suffragia per omnes consiliarios præs-

tantur

rantur vt testatur idem Matienso d.cap.5.nu.vlt.

8 In proposito etiam notabis quod appellationes ad Senatum deuolutæ à sententijs latrunculatorum, seu iudicum, & præsidum causarũ criminalium vrbis Vlysiponensis per distributionem expediuntur ab Auditoribus causarum criminalium cum adiunctis in ipsismet processibus originalibus.

9 Secus vero est si appellationes sunt deuolutæ à sententijs Iudicum forensium & præsidum Prouinciarum quia tunc per exemplaria processuum originalium expediuntur.

10 Quomodo vero tabelliones iudiciales debeant exemplaria facere appellationum disponit Ord.Reg.lib.1.tit.79.§.25.cum seqq.& lib.3. tit.70.§.2. & §.5. vbi disponit quod si processus fuerit criminalis exemplar appellationis non tradatur parti, sed personæ securæ signato à Iudice termino triginta dierum intra quod pars cum appellatione compareat coram superioribus.

11 In cæteris vero seruari solet idem ordo qui præscribitur ab Ord.Reg. in appellationibus generaliter lib. 3. tit.68. per tot.vbi nouissime Emanuel Barbos. in suis Remissionibus.

12 Aduertas tamen quod disposita ab Ord. d. tit. 68. §. 3. cum seqq.circa instrumenta dierum apparitionis de quibus Cabed. 1.par.decis.36.42.& 46.& Aresto 42. non habent locum in processibus criminalibus in quibus iustitia locum habeat aut habere potuerit, quia in talibus licet appellans non prosequatur appellationem, Iudex à quo prouocatum fuerit debet appellationem ad Curiam mittere & hoc si fuerit appellatũ à sententia deffinitiua, aut à tali interlocutoria

à qua secundum Ordinationes Regias Iudex appellaret quã do pars non appellasset, & auditores processuum criminalium expedient per acta appellationum & non per instrumentum dumtaxat diei apparitionis vt disponit Ord. Reg. lib.3.tit.68.§.vlt.

13 Casus autem in quibus iustitia habet locum & in quibus appellari debet pro parte iustitiæ sigillatim recenset Ord.Reg.lib.5 tit.122.per tot.vbi Emanuel Barbos. nouissime in suis Remissionibus Doctorum.

Senatus consultum signatum â Rege in libro Relationis fol. 30.

14 Anno Domini melessimo quingentessimo vigessimo octauo quatuor diebus mensis decembris cum Rex noster dominus adesset in Relatione domus supplicationis vrbis Vlysiponensis decreuit cum Senatoribus, & præcepit quod sententiæ, chartæ, & quælibet pronuntiationes seu interlocutoriæ quæ ab auditoribus causarum criminalium fuerint prolatæ tam prædictæ domus quam domus ciuilis quæ trãslata fuit ad vrbem Portugalensem, & à Iudicibus processuũ patrimonij Regij, non siguarentur per duos, prout illuch vsque factum fuerat sed solum signarentur per Iudicem processus.

Et hoc ad euitandas dilationes & expensas quæ inde partibus sequebantur & præcepit prædictus dominus quod ita adimpleretur & obseruaretur de inceps, & simile Senatus decretum est de quo supra annotat.9.num.15.

Quod vero dilationes partibus sint vitandæ commenda-

tur ex Ord. Reg. lib. 1. tit. 1. in principio ibi *bom e breue despacho*, & sæpe alibi, & in lege nou. reformat. iustitiæ in principio ibi *cõ as muitas & escusadas dilaçoẽs, &c.* & §. 16. 17. & 18. Et quidem mora ad præstandum auxilium breuis esse debet, vt aliàs cecinit poeta Ouidius lib. 4. Metamoph.

Ad opem breuis hora ferenda est.

Et sillius Italicus lib. 4. Bel. Pun.

Pelle moras breuis est magni fortuna fauoris.

Quia mora sæpe malorum dat causas, & damnosa est fere in omni re, vnde Lucanus lib. 2. bel ciuil.

Tolle moras semper nocuit differre paratis.

Et de iure mora sua vnicuique nociua est cap. mora vbi glos. & communis traditio de Reg. Iuris lib. 6. & l. mora ff. de Vsur. l. in condemnatione §. vnicuique ff. de Reg. Iuris exornat Lusitanus Cardos. do Amaral in sua Summa seu praxi iudicum verbo mora num. 6. erudite vt solet Hispanus Pichardus in disputatione de mora ad exornationem cap. potuit de locato à num. 9.

Vnde sane inexcusabilis est quorumdam Iudicum seu senatorum mora duorum & trium annorum in expeditione causarum vel in præstandis deliberationibus cum graui partiũ dispendio, & præiudicio, & ideo apud Hispanos contra morosos Iudices extat l. 1. tit. 17. lib. 4. nouæ Recopil. vbi Azeued. aduertit. Bobadil. in sua Polyt. lib. 3. cap. 14. n. 88. cũ seqq. vbi littera E. ex pluribus late exornat.

Stylus.

15 *He estylo darse vista aos prezos accuzados pella justiça nos mesmos autos pedindos para embargos as sentenças de sua condenação, & não se notificã ao Promotor sinco dias para á tirar, & paßar pella Chãcel-*

ecllpria como se faz puando ha parte.

16 Sobre a Ord. lib. 1. tit. 65. §. 9. dos Iuizes que podem ser condena dos em custas, he estylo asinarlhes na sentença trinta dias de termo pa ra acudirem a embargar parecendolhes, & se lhes da vista para embar gos nos mesmos autos.

ANNOTATIO XI.

DE PROCVRATORE PROCESSVVM REGIÆ CORONÆ.

EPITOME.

1 HIc Senator aduocatus fisci est, & vnde fiscus denominetur.

2 In quolibet auditorio Regni aduocatus fisci præfertur.

3 Confirmatur de iure.

4 Aduocatus fisci enumerari solet inter clarissimos.

5 spectabilis dicitur in iure cæsareo.

6 Illustri dignitate sæpe decorantur.

7 In Curia Vlyssiponensi duo existunt aduocati fiscales nempe procurator processuum Regiæ Coronæ, & procurator processuum Regij patrimonij.

8 Alij sunt aduocati fisci in ciuitatibus & oppidis notabilibus Regni.

9 Specialibus aduocatis fisci in locis Regni solum censetur prohibitum habere alia officia & pensiones ab inferioribus.

10 De cæteris spectantibus ad procuratorem processuum Regiæ Coronæ remissiue ad ius regium.

ANNO-

ANNOTATIO XI.

DE PROCVRATORE PROCESSVVM REGIÆ CORONÆ.

1 Hic Senator aduocatus fiſci eſt & primum fiſci aduocatum inſtituit Hadrianus Princeps teſte Budeo in ſuis Annotationibus ad pandectas ff. de officio quæſtoris teſtatur etiã Raphael Volaterranus de Sacerdot, & Magiſtrat. Roman. qui ærarium, ait, fiſcum appellari à fiſcella, id eſt crumena, vbi ſeruabantur pecuniæ vt Varro inquit elegantér explicat inſignis Barboſ. 7. par. leg. 1. à nu. 7. cum ſeqq. ff. ſolut. matrim.

2 Et quidem inter cæteros aduocatos in quolibet auditorio cuiuslibet magiſtratus præfertur aduocatus fiſci illius loci & ita in hoc Regno obſeruatur Cabed. 1. par. deciſ. 214. num. 12. nouiſſime Barboſ. in Remiſſionibus ad Ord. lib. 1. tit. 12. in principio verſ. an procuratores Regij.

3 Pro quo allegari ſolet tex. in l. aduocatos in fin. ponderando ibi verbum germanas C. de aduocat diuerſ. Iudic. & l. iubemus l. reſtituendæ §. 1. in verbo primatibus C. eod. titul.

4 Cum etiam numerari ſoleat inter clariſsimos, not. Lucas de Pen, in l. 1. C. de dignitat. lib. 12. Caſſan. de conſuetud.

 Bur.

Burgund.§.19.in glos.entre gens nobles vers. aduerte.

5 Imo vero & spectabilis dicitur secũdũ tex.in l.in sacris 3.§. modũ C.de proximis Sacror.scrin.lib.12. ibi nec pro tẽpore virũ spetabilẽ fisci patronũ, & in auth.de iudicibus §. vetus in fin.ibi idest Apione viro spectabili & fisci aduocato collat 6.

6 Et tales aduocati fisci ex litteris Principis illustri dignita te sæpe decorantur l.restituendæ §.Sacras in verbo illustrandos C.de aduocat.diuers.Iudic.Lucas de Pen.in l.1.C.eo tit. & l.mulieres col.pen.C. de dignitat.lib.12. & plura de aduocatis fisci tradit Peregrin.de Iure fisci.

7 Erant autẽ olim duo aduocati fisci vt & apud nos in hac Curia Vlysipponẽsi duo sũt, scilicet procurator processuum Regiæ Coronæ, de quo agitur in Ord. lib.1.tit.12.per tot. exornat Senator Cabed.2.par. decis.119 per tot.vidẽdus nouissime Emanuel Barbos.in suis Remission. ad Ord.d.tit.12. & procurator processuũ Regij patrimonij de quo in annotatione sequenti, & Ord.Reg.lib.1.tit.13. per tot.

8 Alij sunt aduocati fisci speciales in ciuitatibus & oppidis notabilibus Regni qui vocãtur pedanei à Rebuf. in concordat 1.tom.fol.91. Cabed.2.par.decis.119.num.15.

9 Aduocati vero seu procuratores fisci pro priuatis postula re non possũt l. pen.iũcta glos. & ibi Bald Cod.ne fiscus vel Respublica, Paul.in l. cum allegas Cod.eo titulo.

Præcipue si causa tangat factum Regis seu iura ipsius l. 2. in fin Cod.de aduocat.diuers.Iudic

10 Cæterũ specialibus aduocatis fisci in locis Regni solũ videtur prohibitũ habere alia officia & pẽsiones ab inferioribus & ita practicatur, si enim prohiberetur pro priuatis pos-

tulare sequeretur inde eis maximum incommodum, illorũque officia essent eisdem damnosa, & cum labor in damno est crescit mortalis egestas ait ille moralis Cato, nec reperiretur qui vellet talia officia exercere, nisi essent stipendiati, prout olim erant sexcentis aureis, quæ percipiebant ab ærario publico pro salario l. per hanc §. sexcenti autem aurei C. de aduocat. diuers. Iudic.

11 Cætera vero quæ ad procuratorem processuum Regiæ Coronæ spectant ex Ord. Reg. d. tit. 12. satis superque innotescunt, & ex ijs quæ inibi nouissime adducit Emanuel Barbos. in suis Remissionibus.

ANNOTATIO XII.

DE PROCVRATORE PROCESSVVM PATRIMONII REGII.

EPITOME.

1 *Aduocati patrimonij Regij dignitas commendatur.*

2 *De eo agitur remissiue.*

3 *Procurator regius qui in caussis redditnum domorum & negotij inditij Indiæ & Minæ pro Rege patrocinatur est litteris preditus, non tamen ex Ordine Senatorio.*

4 *Onus procuratoris Regij pa-*

ANNOTATIO XII.

DE PROCVRATORE PROCESSVVM PATRIMONII REGII,

vulgo procurador dos feitos da Fazenda.

1 HIc est alius aduocatus patrimonij Regij Senatoria dignitate insignitus, & tantum priuilegij & dignitatis habet quam alter aduocatus Regiæ Coronæ l. binos C. de aduocat. diuers. iudic. l. post duos in principio eodem tit.

2 De hoc autẽ prosequitur Ord. Reg. lib. 1. tit. 13. per tot. exornat Senator Cabed. d. decis. 119. à principio Emanuel Bar-

Barbos. in suis Remissionibus d. tit. 12. Garcia de nobilitate glos. 3. & glos. 35. num. 40. cum seqq. & faciunt quæ notauimus in præcedenti annotatione.

3 In ciuitate vero Vlysiponensi (*para as rendas da casa della, & do negocio do Iuizo da India & mina*) vnus est procurator litteris præditus, qui in illis causis pro Rege patrocinatur, est tamen persona particularis & non ex ordine Senatorio notat Cãbed. d. decis. 119. nu. 1. in fin.

4 Porro procuratori processuum Regij patrimonij in cumbebat onus eundi singulis diebus ad Ralationem vt præsens esset decisioni processuum qui ad regem spectant, idque vt melius facere posset excusabatur ab assistentia in tribunali consilij patrimonij Regij nisi quando ab illo consilio erat vocatus aut in principio vnius cuiusque mensis, vt disponit Ord. Reg. d. tit. 13. in principio exornat ex alijs Barbos. in suis Remissionibus ad Ord. lib. 1. tit. 12. §. 2.

hodie tamen ex rescriptis Regijs procurator patrimonij Regij excusatur à Relatione & quotidie vadit ad tribunal consilij Regij patrimonij.

5 Item non poterit conuenire aliquem in iudicium, nec conueniri ab aliquo ad nullam causam seu litem, nec poterit se opponere, nec illi assistere nisi per regia rescripta, & expeditio petitionum partium petentium facultatem ad conueniendum procuratorem Regij patrimonij, aut vt possit se opponere vel assistere aliquibus causis spectat ad tribunal consilij patrimonij Regij dumtaxat, in quo prius quam talis facultas concedatur bene examinari debent causæ, & videbitur si potest lis excusari, si vero videatur quod licentia

 debet

debet concedi dabitur prouisio seruata forma Ord. Reg. d
tit.13.§.1.Cabed.2.par.decis.119.nu. 14. Barbos. in suis Re
mission.ad lib.1.tit.12.§.1.nu.3.

6 Item præcipitur dicto procuratori regio ne libellum pro
ponat aut contrarietatem in processibus nisi prius data ra
tione in tribunali consilij patrimonij Regij vt inibi fiat com
memoratio prædictorum processuum in quodam libro qu
ad id extat in dicto tribunali, vbi ei dabitur informatio ne
cessaria, & habebit curam eundi in principio singulorum
mensium ad consilium patrimonij Regij dare rationem ter
miniorum in quibus fuerint processus quorũ ille fuerit pars
& diligentiæ quæ in illis fit, & dare informationem illi
quod in eisdem amplius debeat fieri, & petere eam quæ fue
rit necessaria vt prouideatur quomodo videbitur regio ser
uitio conuenire vt disponit Ord.Reg.d.tit.13.§.2.

7 Iubet etiam Ord.vbi supra §.3.quod vbi primum procu
rator regius se opposuerit vel assistens adiuuauerit partem
pro eo quod ad patrimonium regium spectauerit in quibus
nis processibus pendentibus in quocumque alio iudicio
statim remittantur ad iudicium prædictorum processuum
Regij patrimonij in quibusuis terminis fuerint & nullus iu
dex amplius possit suscipere illorum cognitionem, tam in
omnibus iudicijs Curiæ & domus supplicationis, quam in
alijs quibusuis Regni, & dominiorum Coronæ Portugaliæ

8 Item erit præsens decisioni grauaminum processuum
ciuilium qui ad Regem spectauerint, à Iudice Indiæ & Mi
næ, qui debent expediri per expeditores grauaminum do
mus supplicationis ad quos spectant, & de iure in illis al

leg-

legabit data eorumdem copia dicto procuratori per Relationis interlocutoriam vt disponit Ord. Reg. d. tit. 13. §. 4.

9 Et ita erit præsens in Relatione tẽpore quo voces dantur per Senatores in processibus in quibus fuerit pars & in recusationibus eodem modo quo disponitur in Ord. Reg. lib. 1. tit. 12. §. 2. circa procuratorem Regiæ Coronæ Cabed. 2. par. Aresto. 67.

10 Rursus dabit ordinem vt fiant diligentiæ quæ præcipientur fieri & attestationes seu probationes per chartas iudicis patrimonij Regij prout in illis fuerit contentum ex Ord. d. tit. 13. §. 5.

11 Tandem procurator Regij patrimonij non potest suscipere selarium aliquod à partibus quibus assistens adiuuauerit pro conseruatione iuris Regij, aut pro quibus allegauerit de iure per Relationis interlocutoriam ex Ord. Reg. d. tit. 13. §. 6. quod similiter circa procuratorem Regiæ Coronæ dispositum est in Ord. Reg. lib. 1. tit. 12. §. 1. in fine. faciunt quæ Auiles ad cap. 1. prætorum fol. 57. num. 8. aduertit, Barbosa. in suis Remissionibus ad Ord. lib. 1. tit. 12. §. 1. in fin.

ANNO

ANNOTATIO XIII.

DE IVDICE CHANCELLARIÆ DOMVS SVPPLICATIONIS.

EPITOME.

1 IVdex Chancellariæ cognoscit de causis agitatis super decimis litiũ.

2 De decimis litium & intellectu regulæ Chancellariæ remissiue.

3 Regula Chancellariæ vulgari sermone.

4 Capitolos do regimento da Chancellaria.

5 Limitatur in Iudice substituto iudici pupillorum.

6 Decima litium secundum stylum ab omnibus soluitur, & solus pauper excusatur.

7 Decima soluitur ex sententijs ad Senatum deuolutis per appellationem, vulgo dos Mampostciros Mores.

8 Casus decisi in Senatu circa decimas litium remissiue, & quod non soluitur de sententia de præcepto de soluendo.

9 Accusatus à iustitia & absolutus, expensarum suæ liberationis decimam non persoluit.

10 Superséderi debet in exactione decimarum interim dum fuerit inpendenti decisio grauaminis ordinarij prout etiam superseditur in causa principali.

11 Limitatur casu quo fuerint elapsi sex menses.

12 Decima non persoluitur à sententijs prolatis à præsidibus prouinciarum, & ab Auditoribus in casibus in quibus illis permittitur cognoscere per eorumdem regimina.

13 *Apud*

13 *Apud Hispanos decimæ executionum spectant ad præsides prouinciarum.*

Circa errores & falsitates officialium.

14 *Iudex Chancellariæ concedit chartas securationis officialibus in casibus errorum seu falsitatum circa illorum officia, & nullus alius potest cognoscere de erroribus scribbarum.*

15 *Cognoscit de appellationibus super erroribus scribbarum patrimonij Regij totius Regni si fuerit prouocatum à Iudicibus ordinarijs secus si ab alijs officialibus patrimonij Regij.*

16 *Idem ex Senatus consulto decretum.*

17 *Non cognoscit de culpis & erroribus scribbarum & officialiũ in processibus sindicatus.*

Circa grauamina à calculatoribus expensarum.

18 *Iudex Chancellariæ cognoscit de grauaminibus à calculatoribus expensarum, & de salarijs aduocatorum & officialium.*

19 *De salario aduocatorum remissiue.*

20 *Quomodo procedatur in decisione errorum expensarum.*

21 *Decisio Senatus quod dies consuetudinis non vincantur à parte si non constiterit per acta processus quod personaliter comparuerit in auditorio in aliquibus diebus vltra dies incertos consuetudinis.*

22 *Expenditur Ord. Reg. in cõfirmationem,*

23 *Idem prosequitur.*

24 *Illatio ex prædictis.*

25 *Confirmatur ex Reg. relatũ est in referente.*

Circa suspiciones.

26 *Iudex Chancellariæ cognoscit de omnibus suspicionibus oppositis iudicibus & officialibus vrbis Vlyssiponensis.*

27 *Non cognoscit de suspicionibus oppositis officialibus forensibus à prædicta vrbe quamuis sint à locis intra quinque leucas Curiæ.*

28 *Idem antea decretum Senatus consulto.*

Circa peccata publica.

29 *Idem ex speciali rescripto regio*

regio solet inquirere & cognoscere de peccatis publicis & concubinatus & in Relatione expedire.

30 *Huiusmodi diploma regium non extenditur vltra ciuitatem Vlysiponensem.*

31 *Refertur nouissima & notatu digna decisio Senatus circa regimen Iudicis Chancellariæ Ord. lib. 1. tit. 14. §. 1. quod æqualiter intelligatur procedere in proprietario & substituto circa concessionem chartæ securationis propter errores & falsitates in officio commissas.*

ANNOTATIO XIII.

DE IVDICE CHANCELLARIÆ DOMVS SVPPLICATIONIS.

1 AD Senatorem qui Iudex Chancellariæ domus supplicationis constitutus est, spectat cognoscere in relatione de causis agitatis super decimis litium, & dare chartas executionum pro decimis sententiarum exigendis, quæ proferuntur in Senatu supplicationis, ex Ord. Reg. lib. 1. tit. 14. in principio.

2 De his vero decimis litium & intellectu regulæ Chancellariæ late prosequitur Senator Cabed. 1. par. decis. 16. 17. & seqq. & regula Chancellariæ super decimis sequens est vulgari sermone.

3 *Não se pagarà dizima das sentenças que se derem nos feitos que vierem por appellação dante os Iuizes de fora, ou ordinarios, & Iuizes dos orfaõs, Almotaceis, ou dante o Alcayde da Moeda, que ora he Conseruador della, posto que seja Desembargodor, por não conhecer disso, se não como Alcayde da Moeda.*

4 Capitolos do regimento da Chancellaria.

Pagarseha na Chancellaria dizima à minha fazenda de qualquer sentença que se der em minha Corte, & casa da supplicação & do Porto, que nellas se começarem perante cada hum dos Dezembargadores Ouuidores Iuizes dos meus feitos da Coroa, ou fazenda, ainda que seja Ouuidor da Rainha sobre Iuizes, & de outros quaesquer officiaes que jurisdição tenhão em cada hũa das ditas causas, ordinaria ou por commissaõ minha, ou de outra pessoa que poder tenha de acommetter.

E assi se pagara dizima da sentença condemnatoria de qualquer Iuiz que seja dado por commissaõ minha em qualquer caso que seja, & das sentenças dadas pellos Corregedores das Comarcas, Prouedores, Contadores, Almoxarifes, Iuizes das cizas ou pellos Iuizes ordinarios nas materias das cizas de que conhecerem, & Iuizes Dalfandegas, se pagara dizima, a qual se arrecadara perante o Iuiz, que da appellação conhecer, & appellado for, & se o não for perante o Iuiz que à sentença der.

5 Quod quidem limitatur si Iudex datus fuerit in locum iudicis pupillorum vulgo *Iuiz dos orfaõs*, & ita practicari solet, & ita obtinui in causa *de Diogo da Fonseca, com Gonçalo Mendez.*

6 Decima vero litium secundum stylum ab omnibus soluitur, & nullus excusatur, imo etiam Archiepiscopi, & alij clerici, & religiosi soluunt, & pro illis fit aduersus eos executio & solum pauper quatenus ostendit non posse soluere excusatur per viam impedimentorum ex Ord. Reg. lib. 1. tit. 20. §. 3. vbi adscribitur forma exactionis decimarum, &

contra

contra capitolum Ecclesiæ Cathedralis Vlyponensis, & Archiepiscopum Eborensem prolatæ sunt sententiæ in Senatu super decimis ab ipsis persoluendis.

7 Rursus decima soluitur ex sententijs ad Senatum deuolutis per appellationem *dos Mamposteiros Mores* & ita vidi iudicatum in causa de Dom Antonio de Meneses super decima, & in alia causa *de Antonio Correà com o procurador da Corroa.*

8 Casus autem decisos in Senatu circa decimas litium proponit Senator Cabed. 1. par. decis. 17. & quod non soluatur decima de sententijs de præcepto de soluendo obseruat idem Cabed. 1. par. decis. 16. num. 6. quia præceptum de soluendo non est proprie sententia, nec dicitur proprie condemnatus qui ex sua confessione iussus est soluere, & ex præcepto de soluendo, datur mandatum nomine Iudicis quod non transit per Chancellariam.

9 Obseruabis etiam in proposito quod quando aliquis fuerit accusatus à iustitia, & absolutus fuerit præcipiendo quod soluat expensas suæ liberationis, talium expensarum decimam non persoluet vt disponit Ord. Reg. lib. 1. tit. 20. § 4.

10 Deinde obseruabis quod non debent exigi decimæ à partibus condemnatis in prima sententia quando ab ea fuerit supplicatum per grauamen ordinarium, imo supersedendum erit in executione & exactione prædictarum decimarum interim dum fuerit in pendenti decisio grauaminis prout etiam supersedetur in causa principali, vt disponit Ord. Reg. lib. 1. d. tit. 20. § 5. Cabed. 1. par. decis. 28. num. 7. & 2. par. Aresto 28.

11 Quod tamen limitabis in casu quo fuerint elapsi sex men-

menses ex Cabed.d.2.par.Aresto 48.& ex Ord.lib.3.tit.81.
§.vlt.

12 Item non persoluitur decima ex sententijs prolatis à præsidibus prouinciarum vulgo *Corregedores das Comarcas*, & ab Auditoribus in processibus de quibus cognouerint tanquam Iudices in casibus in quibus eisdem permissum est per eorumdem regimina, qui venerint per appellationem ad Regiam relationem vt disponit Ord.d.tit.20.§.finali, & lib.1.tit.58.§.23.vers& *destes feitos* Cabed.1.par-decis.17.nu.12.

13 Tandem notabis quod apud Hispanos decimæ executionum spectant ad præsides prouinciarum vt obseruat Bobadilha in Polytica lib.5.in fin.

Circa errores & falsitates officialium.

14 Item ad Iudicem Chancellariæ spectat dare chartas securationis officialibus de quibus Ord.Reg.lib.1.tit.14.§.1. in casibus errorum seu falsitatum circa eorumdem officia. vbi disponitur quod omnes processus & instrumenta tam actionis nouæ intraquinque leucas Curiæ, quam extra appellationis & grauaminis in districtu domus supplicationis expediet in Relatione, & quod in ijs est limitatum iudicium Chancellariæ & nullus alius Iudex potest cognoscere de erroribus scribibarum nisi prædictus Iudex Cabed. 1.par. Aresto 11.& Aresto 13.

15 Et ita suscipere debet cognitionem appellationum quæ venerint ad domum supplicationis super erroribus scribbarum patrimonij Regij totius Regni, si fuerit prouocatum à

præsi-

præſidibus prouinciarum, Auditoribus & à Iudicibus ordinarijs ſi vero prouocatum fuerit à tabularijs ſeu calculatoribus vulgo, *Contadores, & Almoxarifes*, & alijs officialibus patrimonij Regij non ſuſcipiet cognitionem appellationum ab illis quia ſpectant ad Iudicem patrimonij Regij ex Ord. Reg. lib. 1. tit. 14. §. vlt. Cabed. 1. par. Areſto 85.

Senatus conſultum.

16 Quod quidem antea decretum fuerat Senatus conſulto in Relatione coram Rectore in fol. 122. verſ.

17 Non vero cognoſcet de culpis & erroribus ſcribbarum & officialium in proceſſibus ſindicatus quia expeditio prædictorum proceſſuum ſindicatus ſpectat ad Senatores quibus à Rege fit comiſſio & nõ ad Iudicem Chancellariæ ex Ord. Reg. lib 1. tit 14. §. 5. & in regimine Senatorum palatij inſerto in fine lib. 1. Ord. Reg. §. 105.

Circa grauamina à calculatoribus expenſarum.

18 Cognoſcit etiam Iudex Chancellariæ de grauaminibus à calculatoribus expenſarum, & ſalariorum aduocatorum procuratorum ſcribbarum tabellionum, præconum inquiſitorum & quando prædicti officiales domus ſupplicationis voluerint conuenire pro ſuis ſalarijs partes forenſes à Curia Iudex Chancellariæ poterit eas iubere ad ſuum judiciũ citari, qui prædictæ perſonæ poſſunt aduerſarios ad Curiam vocare ſuper dictis ſalarijs & ſcripturis ex Ord. Reg. lib. 1.

tit. 14.

tit 14.§.2. & lib.3.tit 5.§.11.

19 De salario vero aduocatorum plura Greg. Lop. in l. 14 tit.6. part 3. Cabed. 1. par. decis. 19. Bobadilha in Polytica lib. 3. cap. 14. nu. 63. nouissime Stephan. Gratian. 1. tom discept: Forens. cap. 56 per totum.

20 Item quando aliquis calculator expensarum fuerit suspectus aut propter aliquod impedimentum non potuerit calculationem facere aut postquam fecerit partes allegauerint errores super illa, Iudex Chancellariæ ad petitionẽ partis debet & solet committere reuisori vulgo *ao Reuedor das cõtas da Corte* & circa errores ipsemet Iudex de illis cognoscit & decidit per se solum quod sibi bene videtur, & ab illius sententia tam in hoc casu quam in omnibus alijs in quibus non est ei constitutum quod in Relatione expediat poterunt partes per petitionem supplicare ad Relationem in forma Ord. Reg. lib. 1. tit. 14. §. 4.

Aduertas tamen quod circa errores expensarum non solet quis audiri in allegationibus errorum priusquam deponat. & ita stylus & praxis est.

21 In proposito autem circa errores expensarũ processuũ, operæ pretium existimaui referre quod decisum est me patrocinante in causa domini Ioannis Alphonsi ab Albuquerquio contra dominum Hyeronnimum Emanuelem in Iudicio Chancellariæ scribba Ioanne Coelio multum refragante calculatore & reuisore expensarum scilicet quod dies consuetudinis de quibus agit Ord. Reg. lib. 1. tit. 90. §. 12. non vincantur à parte si non constiterit per acta processus quod personaliter comparuerit in auditorio in aliquibus diebus

 vltra

vltra dies incertos consuetudinis.

22 Et ad reuocandam calculationem in contrarium subtiliter allegaui, quod debebant coniungi duo §§. Ord. Reg. d. tit. 90. §. 11. & 12. quibus coniunctis probatur intentum quia in §. 11. præcipitur numerari solum dies apparentes ex terminis actorum in quibus pars comparuerit personaliter in auditorio aut in domo scribbæ ad dandas probationes, aut ad videndum interrogare testes aduersarij.

23 At vero in §. 12. disponitur quod ex eo quia vltra prædictos dies (scilicet apparentes ex terminis actorum processus personalis comparitionis vt in d. §. 11.) partes in alijs pluribus vadunt sequi processus interim dum exstant apud Iudicem expectando audientias in quibus debent sententiæ publicari, & tales dies sunt incerti iubet quod certificentur per iuramentum partis vsque ad quadraginta dies in singulis annis qui vocantur dies consuetudinis.

24 Igitur recte sequitur quod si ex actis non apparuerit quod pars comparuit personaliter aliquando in Iudicio non potest euincere expensas dierum consuetudinis, ex eo quod in d. Ord. disponitur quod vltra dies apparentes ex terminis actorum personalis assistentiæ numerentur dies incerti consuetudinis ibi: *& por quanto alem dos ditos dias*, & supra *§. 11. que pellos termos do feito se mostrar que appareceo nas audiencias, &c.* & §. 12. *que diga quantos esses dias são que pellos termos do feito se não mostram, &c.* & ita obtinui per impedimenta opposita calculationi; & licet pars perpetitionem supplicauit ad Senatum, ex Relationis placito pronuntiatum est grauamen in eo non esse illatum à Iudice Chançellariæ.

Et

Et merito quia etiam §. 12. procedit per relationem ad §. 11. & relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus l. asse toto ff. hæd. instit. exornat ex pluribus Vallasc. de Iure Emphyt. quæst. 11. nu. 5.

Circa suspiciones.

26 Item cognoscet Iudex Chancellariæ de omnibus suspicionibus quæ fuerint oppositæ præsidibus auditoribus Iudicibus ministris seu officialibus iustitiæ huius splendissimæ ciuitatis Vlysiponensis, quas expediet in Relatione cum Senatoribus ad id à Rectore constitutis, & si fuerit Iudex Chancellariæ suspectus officiali recusato seruabitur quod disponit Ord. Reg. circa Chancellarium domus supplicationis lib. 1. tit. 4. §. 5. ex Ord. d. tit. 14. §. 3.

27 Cæterum non cognoscet de suspicionibus oppositis officialibus forensibus à prædicta vrbe Vlysiponensi, quantumuis sint à locis intra quinque leucas Curiæ, neque etiam cognoscet de suspicionibus officialium loci in quo domus supplicationis fuerit quando ob aliquem casum euenerit illius mutatio à prædicta ciuitate tunc etenim cognoscent iustitiæ ordinariæ secundum ordinationes Regias vt disponit Ord. Reg. lib. 1. d. tit. 14. §. 3. vers. *mas não conhecerá.*

Senatus consulta.

28 Quæ omnia antea decreta erant per Senatus consulta in lib.Relationis fol.111.& fol.114.& Videquæ habes supra annotatione 3.à nu.7.cum seqq.

Circa peccata publica.

29 Tandem Iudex Chancellariæ ex speciali rescripto regio solet inquirere, & cognoscere de peccatis publicis & concubinatus ad quorum processus habet scribbam particularem, & eorum expeditio fit in Relatione.

30 Aduertas tamen quod huiusmodi diploma regium quo cognoscit & inquirit de pecatis publicis non extenditur vltra ciuitatem Vlysiponensem, vt obseruat nouissime Melchyor. Phæb.. in Decision. Lusitan. Aresto 146. in fin.

31 Tandem notatu dignum existimauimus quod nuper circa regimen Iudicis Chancellariæ insertum in Ord.lib.1. tit.14.§.1.controuersum fuit me patrocinante circa chartam securationis concessam à prædicto Iudice Belchiori de Faria Correa in casu falsæ fidei in officio scribbæ Auditoris Basilicæ Vlysiponensis de quo conquæstus est Dominicus Vellozo scribba processuum Regij patrimonij apud eundé Iudicem Chancellariæ qui ex summario Reum ad carcerem pronuntiauit scribba Sebastião Rodriguez *no officio de Ioão Coelho, escriuão dos feitos da Chancellaria.*

Et in

Et in transitu Cancellariæ opposuit Chancellarius domus supplicationis glosam non debere chartam transire in hoc casu falsitatis ex regimine Senatorũ Palatij inserti in fine lib. 1.Ord.Reg.§.25.vbi denegatur facultas Senatoribus Palatij concedendi liberam capturam sub fideiussione, & quia etiam prædictus Reus non erat proprietarius officij, sed substitutus in locum proprietarij, quam glosam vt pote contrariam regimini Iudicis Chancellariæ in d.§. 1. Iudex non recognouit.

Vnde proposita dubitatione glosæ Chancellarij in mensa Senatorum grauaminum ex Relationis placito pronuntiatum est glosam Chancellarij procedere maxime quia Reus in officio erat substitutus.

Ego vero pro Reo impedimenta opposui nixus in eo præsertim quod fundamentum cessabat quia regimen in Ord. d.tit. 14.§.1.respiciebat solum naturam officij, & non personam que inseruiebat, & in Reg. quod subrogatus etiam sapit naturam eius in cuius locum subrogatur l. si eum ff. si quis caution. etiam in honere & præeminentia ex Stephan. Gratian. 1. tom. discept. Forens. cap. 106. num. 15.34.cum seqq. vnde regimen iudicis Chancellariæ æqualiter debebat procedere in substituto quemadmodũm proprietario & argumento Ord.Reg.lib.1.tit.95. §.1. ibi *deuem os subrogados*, & Ord.lib.1.tit.99.§. 1. vbi æqualiter proceditur ad suspensionẽ officij data culpa in proprietario & substituto vnde si in culpa æqualiter procedebatur etiam in modo liberationis æqualiter debebat procedi.

Rursus nixus in stylo Curiæ ex quo semper in similibus

casibus chartæ securationis concessæ fuerunt substitutis circa errores & fasitates, & visis impedimentis ex Relationis placito per eosdem Senatores recepta fuerunt & statim habita proprobatis, reuocatumque fuit primum declarando glosam non procedere, & ita charta securationis post trãsitum Chancelariæ obseruata est.

32 Aduertas etiam quod licet Ord. Reg. lib. 1. tit. 90. §. 13. relinquat iuramento partis quod venerit ad Curiam magis ad persequendum ius causæ in qua victor est in expensis quam pro alia qualibet. tamen non excludit quod possit contrarium probari, quia dictum iuramentum delatum à lege necessarium est contra quod admittitur probatio.

Et ratio est quia non potest imputari parti aduersusque defertur iuramentum si quidem à lege contra ipsius voluntatem delatum est ex Ord. lib. 3. tit. 52. §. 2. & vers. *a rezão de differença he.*

Vnde nulla est calculatio expensarum quæ in tali iuraméto innititur tanquam in falsa probatione, quæ inducit nullitatem etiam sententiæ ex Ord. lib. 3. tit. 87. §. 1.

Et ob hanc rationem ita me patrocinante in hoc iudicio Chancelariæ admissum est in causa errorum expensarum petitionis Catherinæ de Figeiredo cum Ioanne Nogeira scribba Ioanne Coelho receptis impedimentis quæ opposui contra calculationes expensarum.

ANNOTATIO XIIII.

DE RPOMOTORE IVSTITIÆ DOMVS SVPPLICATIONIS.

EPITOME.

1 *Senator promotoris officio fungitur & quid sit promouere, & producere in iudicium declaratur.*

2 *Confirmatur ex loco Ciceronis.*

3 *Promotor iustitiæ datur à lege pro publico accusatore in defectum priuati.*

4 *Excitatur difficultas contra communem definitionem Iudicij quando fit inquisitio contra certã personam dicitur actus iudicij, & tamen deficit persona Actoris.*

5 *Referuntur plures responsiones ad difficultatem.*

6 *Apud nos de iure regio cessat difficultas, cum in defectum priuati accusatoris in delictis datus sit publicus accusator.*

7 *Ad promotoris munus spectat formare libellos aduersus securos aut incarceratos qui pro parte iustitiæ in domo supplicationis accusantur:*

8 *Accusare est deferre aliquem Reum criminis in libello.*

9 *Sine accusatione nemo damnatur.*

10 *Fallit in casibus specialibus in quibus officio Iudicis per inquisitionem proceditur.*

11 *Accusatio est nomen iuris, sicut actio.*

12 *Apud iurisconsultos quando instituta dicebatur accusatio:*

13 *Qui ante sententiam quicuit accusasse non videtur.*

14 *Accusationum solemnia.*

15 *In promotore iustitiæ limi-*

tatur regula quod accusans nomine alieno non audiatur.

16 *Plures possunt de eodem crimine simul accusari.*

17 *Possunt plures accusari ex eadem causa vno libello.*

18 *Accusari possunt simul principales & mandatores.*

19 *Quando possit quis accusari simul de pluribus delictis remissiue, & quod accusari nequeant simul masculus & fæmina in crimine adulterij.*

20 *Accusatio ad vindictam publicam competens non tollitur propter veniam partis.*

21 *Accusatio seu libellus accusatorius apte formari debet.*

22 Abolitio *accusationis quid dicatur.*

23 *Accusatio porrigi debet in scriptis, & in actis redigi.*

24 *De ordine qui seruari debet in iudicio criminali de iure regio circa accusationes seu libellos accusatorios.*

25 *Quando non procedit libellus, Iudex non admittit.*

26 *Promotores fiscales seu procuratores Regij immunes sunt à condemnatione expensarum.*

27 *Accusans ratione, & necessitate officij à pœna calumniæ non est immunis.*

28 *An promotor residuorum victus ab aliquo debeat condemnari in expensis valde controuersum in causa quæ refertur.*

ANNO

ANNOTATIO XIIII.

DE PROMOTORE IVSTITIÆ DOMVS SVPPLICATIONIS.

1 EX ſerie Ord.Reg.lib.1.tit. 15. per tot. colligitur quod Senator qui promotoris iuſtitiæ officio fungitur in iudicium producit, promouet & proſequitur accuſationes contra delinquentes, quia in propoſito promouere & producere in iudiciũ in ea ſignificatione vſurpatur vt ſit vocare vel cogere in iudicium.

2 In idque adduci poteſt locus optimus Ciceronis 7. in Ver.grauiorem apud ſapientes Iudices ſi forte ab inferis teſtem quam ſi viuus in iudicium produceretur,& promouere id eſt in medium proferre producere palam facere pronuntiare,vt ex Cicerone,verbo produco ad fin. & verbo proferre obſeruat Calepynus.

3 Obſeruabis autem verum eſſe quod hic magiſtratus à lege datus ſit pro publico accuſatore in defectum priuati accuſatoris in aliquo crimine.

4 Et ita iuxta praxim huius Regni ceſſat omnino difficultas illa à Doctoribus excitata circa cõmunem diffinitionẽ iudicij in cap.quoniã cõtra de probat.cap. forus de verb. ſignificat.quod ſit actus trium perſonarũ Iudicis Actoris &

Rey

Rey in iudicio contendentium, sequitur Ord. Reg. lib. 3. tit. 20. in principio comunis in rubr. ff. de iudicijs Alciat in rub. de in ius vocand. Marant. de Ord. Iudic. 2. par. n. 9. & à nu. 12. Menoch. de arbitr. quæst. 8. nu. 17. Soto. de iustitia lib. 3. quæst. 4. artic. 1. Octauian. de stylo Curiæ lib. 3. in principio Sebastian. Sapia in repetit. rubricæ ff. de Iudicijs nu. 5. nempe quod quando fit inquisitio contra certam personam dicitur actus iudicij, vt probat tex. in cap. qualiter & quando extra de accusat. cap. licet heli extra de Simon. & tamen deficit persona Actoris.

5 Omissa etenim responsione quod fama præcedens ex multis personis crimen denuntiantibus & quodammodo accusantibus gerit personam Actoris & accusatoris d. cap. qualiter & quando & ad instar Actoris fama saltem ficte cõtendit; & ommissis alijs quod scilicet inquisitio sit iudiciũ extraordinarium ex glos. in d. cap. quoniam contra, vel etiã quod Iudex inquirens subeat vicem accusatoris secundum Bart. in extrauag. ad reprimendum in verbo per inquisitionem & in l. 2. in §. publico in quinta col. ff. de adulter. Hypol. in rubric. de accusat. incipium idem Bart. in l. querellam de falsis.

6 Facilius ex dispositione d. Ord. Reg. lib. 1. tit. 15. cessat difficultas, cum in defectum priuati accusatoris in delictis datus sit publicus accusator vulgo *promotor da justiça*, Senatoria dignitate insignitus & d. lib. 1. tit. 43. faciunt quæ remissiue in dictis ordinationibus Emanuel Barbos. nouissime adducit. Salzedo in pract. crimin. canonica ex. cap. 5. cum seqq. doctissimus Brison. de verborum quæ ad ius pertinent significa-

nificatione verbo deferre.

7 Ad Senatorem igitur qui promotoris justitiæ officio fũgitur spectat diligenter & accurate requirere omnia spectantia ad iustitiam ita vt eiusdem culpa & negligentia non pereat, ad illiusque munus spectat formare libellos aduersus securos aut incarceratos qui pro parte iustitiæ ex Relationis placito in domo supplicationis erunt accusandi in forma Ord.Reg.d.tit.15.in principio.

8 Ex qua primo obseruabis quod accusare est deferre aliquem Reum criminis in libello l.libellorum ibi Reum deferre ff.accusat. & accusator qui iudicijs criminalibus publicis vel extraordinarijs experitur & necessarius est vbicumque est admittenda accusatio criminis tam publici quam priuati l.fin.ff.accusat. Azo in Summa in principio C.eo tit.

9 Hinc legitur Christum Dominum dixisse ei qui pro adulterio adducta erat coram eo, qui te accusat. o mulier, & ipsa respondisset, nemo domine tunc dominum dixisse, si nemo te accusat, neque ego te condemno, quia sine accusatore nemo dãnatur l.rescripto. §.siquis accusatorem ff.muner.& honor Bart.in l.2.§.Si publico nu.2.ff.ad l.Iul.de adulter.

10 Hoc tamen fallit in casibus specialibus in quibus officio Iudicis per inquisitionem proceditur de quibus Ord. Reg.lib.1.tit.65.§.31.in quibus vt supra diximus in defectũ accusatoris priuati datur hic Magistratus in domo supplicationis, & in vrbe seu in alijs locis scribba processus ex Ord. d.tit.15.§.vlt.à lege publicus accusator & promotor.

11 Secundo obseruabis quod accusatio est nomen iuris sicut actio, & est ius persequendi vindictam publicam vt in

extrauag.ad reprimendum Bart.in verbo per accuſationem num.24.& accipitur pro libello accuſatorio, idem Bart. vbi proxime num.26.& dicitur illaudabilis intentio, quia accuſatores appellantur emuli ex Alex.in addit ad Bart.in l.2.ff. de accuſat.in verſ.accuſare col.2.

12 Inſtituta autem tunc dicebatur accuſatio Aſconio authore teſte Briſonio de verb. quæ ad ius pertinent ſignif. verbo accuſare cum interrogatus Reus negauerat ſe crimen commiſiſſe, & delator ſubſcripſerat, & intelligebatur accuſſare qui nomen detulerat, quique crimina obiecerat, & cauſam perorari vſque ad ſententiam effecerat l.qui cum natu maior §.accuſaſſe ff.de Bon.libert. l. eum patronum 10. in fin.ff.de Iure Patron.

13 Cæterum qui ante ſententiam quieuit, vel appellatione interpoſita deſijt accuſare vel aduocationem dumtaxat accuſatori præſtiterit accuſaſſe non videtur ex d.§. accuſaſſe.

14 Ponuntur autem accuſationum ſolemnia in l.3. ff. illo tit.de accuſat. de quibus etiam fit mentio in l.miles 11.§. ea quæ & §.quidam ff.ad l.Iul.de adulter.

13 Tertio obſeruabis quod licet accuſans nomine alieno non audiatur, vt notat Bart.in l.2.nu. 1.ff. de accuſat. fallit tamen in hoc publico accuſatore qui accuſationem proſequitur nomine Rei publicæ & pro parte iuſtitiæ vt in d.principio Ord.Reg.d.tit.15.

16 Quarto obſeruabis quod plures poſſunt de eodem crimine ſimul accuſari, & ita Bart.comuniter receptus in l.1.n. 1.C.ſi Reus vel accuſator mortuus fuer.ſpeculator in tit de accuſa-

cusatore in principio in vers.item quod non potest, notat Salzedo in sua Practica Canonica cap.7.num.2.

17 Possunt etiam plures accusari ex eadem causa vno libello, vt notat idem Bart.in l.inter liberas §. maritus nu. 1. ff.ad.l.Iul. de adulter.& si accusantur plures eodem libello Iudicium procedit si non opponatur Bart.in l. 1.§.accusationem nu.4.ff.ad Turpil. Ord. Reg. lib. 5. tit. 124.§.11. ad fin. ibi *posto que se fação apartados por as partes o requererem.*

18 Et accusari possunt simul principales & mandatores, notat Bart & communis in l.minoribus num. 3. C. his.quibus vt indign.& in l.Athales num.2.ff. de fals.

19 Quando vero possit quis accusari simul de plutibus delictis notat idem Bart.in l.libellorum §.sed & si aliquid n.1. ff.accusat.& an vnico libello Alex.in addit ad Bart.in l.iam tamen §. si tu plures ff. Iudic solu in vers. Oppo. col. 4. & quod accusari nequeant simul masculus & fæmina in crimine adulterij notat.Bart.in l. hos accusare §. lege Iulia nu. 3.ff. accusat.

20 Quinto obseruabis quod accusatio ad vindictam publicam competens non tollitur propter pacem seu veniam de accusatione vulgo *perdão da parte* vt not.Bart.in l.1.§. si ea num. 1.ff.de ventre in posses.mittend, estque in idem Ord. Reg.lib.5.titul.122.vbi recencet casus in quibus justitia locum habet.

21 Sexto obseruabis quod accusatio seu libellus accusatorius apte formari debet, vt disponit Ord.Reg d. tit.15. in principio vbi *o qual libello fara,&c.* aliàs sequitur abolitio not.Bart. in d.

in d. extrauag. ad reprimendum verbo per accuſationem nu. 27.

22 Aboleri vero accuſatio ſeu nomen Rei dicitur, cum accuſatio, crimenque perimitur Reique nomen de Reis eximitur l. 3. §. 1. ff. accuſat. l. 1. §. accuſaturis in fin. ff. ad Turpilian. ſuet. in Auguſto cap. 32. Plin. lib. 7. Epiſtol. ad Macrin. Poliænus abolitæ accuſationis cauſas expoſuit & vide in tit. C. de generali abolitione l. 2. C. de abolition. l. 1. §. abolitio ff. ad Turpil. l. 3. in fin. ff. accuſat.

23 Septimo obſeruabis quod accuſatio porrigi debet in ſcriptis & in actis redigi Bart. in d. extrauag. ad reprimendum in verſ. inquiſitionem nu. 32.

24 De ordine vero quæ ſeruari debet in iudicio criminali circa accuſationem ſeu libellum accuſatorium formandum agit optime Ord. Reg. lib. 5. tit. 124. in principio & de declaratione diei & horæ Bart. in l. libellorum. nu. 12. ff. accuſat. & in l. Pantonius §. Rei nu. 4. ff. acquiri hædit. l. iſqui Reus nu. 1. ff. de public iudic.

25 Quando vero non procedit libellus Iudex non admittit Bart. in l. fin. nu. 1. C. vt nomo priuat. quod autem non vitietur licet in eo non ſit locus dummodo alia demoſtratione ſit certus not. idem Bart. in l. cum ſeruo §. demonſtratione nu. 1. ff. contrah. empt.

26 Illud tandem memineris quod licet promotores fiſcales ſeu procuratores Regij immunes ſint à condemnatione expenſarum ex Ord. Reg. lib. 3. tit. 67. §. 3. Peregrin. de Iure fiſci vlt. par. nu. vlt. & præcipue in cauſis criminalibus ſemper Reus accuſatus à promotore iuſtitiæ debeat condemnari in

ri in expensis vt in d.§.3.in fin.Gutier.Pract. lib.3. quæs. 21. nu.5.Cabed.1.par.Aresto 52.Emanuel Mendez à Castro in Praxi Lusitana lib.2.cap.12.§.3.nu.13.in fin.

27 Tamen accusans ratione, & necessitate officij à pæna calumniæ non est immunis vt notabis ex ijsquæ Bart. in l.2. §.si publico nu.7.& nu.11.ff. ad l. Iul. de adulter. & fiscales calumniæ magna ca'umniantium pæna animaduertendæ sunt vt inquit Couas 1.Var.cap.16.in principio Farinac. lib. 1.tit.2.de accusat.quæs.16.num. 22. & 23.plures de quibus Mendez à Castro d.cap.12.§.3.nu 13.

28 An autem promotor residuorum victus ab aliquo debeat condẽnari in expensis iuxta Ord.Reg.d.tit.67. in principio,& eaquæ Cou.Pract.cap.27. per tot. an vero releuari debeat ex d.§.3. tanquã regius procurator?valde controuersum fuit in instantia appellationis me patrocinante in causa cuiusdam legati Emanuelis Gonçaluez cum promotore residuorum Benedicto Rabello scribba Antonio cotta & in secunda instantia Francisco à Sylua ad quem processus transijt propter recusationem intentatam primo,& tandem rediscussa & ventilata in vtramque partem quia etiam calumnia probata non fuit declaratum est per Senatores.qui indeliberationibus diuersimode opinati sunt, quod esset absque expensis.

A N N O-

ANNOTATIO XV.

DE IVDICE PROCESSVVM MISERICORDIÆ ET HOSPITALIS REGII.

EPITOME.

1 QVidam Senator domus supplicationis est Iudex processuum domus Misericordiæ & hospitalis Regij omnium Sanctorum Vrbis Vlysiponensis.

2 Hospitalia á laicis fundata sine authoritate prælati sunt mere secularia.

3 Hospitalia huius Regni sunt de immediata protectiane Regũ.

4 Hospitale erectum cum superioris authoritate dicitur locus pius.

5 De confraternitate Sanctæ Misericordiæ ciuitatis Vlysiponensis remissiue.

6 Ex stylo Curiæ audientia processuum Misericordiæ fit in auditorio grauaminum insimul.

7 Ad Iudicem causarum Misericordiæ spectat facere confinia & agrorum mensuras omnium bonorum prædicti hospitalis Regij, & cognitio quæstionũ super finibus.

8 Senatusconsulto consiliatur controuersia & repugnantia quæ videtur esse in proposito inter Ordinationes Regias.

ANNO

ANNOTATIO XV.

DE IVDICE PROCESSVVM DOMVS MISERICORDIÆ ET HOSPITALIS REGII OMNIVM SANCTORVM SPLENDIDISSIMÆ CIVITATIS Vlysiponensis.

1 AD Senatorẽ domus supplicationis qui Iudex fuerit processuũ domus Misericordiæ & hospitalis Regij vrbis Vlysiponensis spectat cognoscere de processibus agitatis inter partes super rebus prædictæ domus Misericordiæ, & super bonis & proprietatibus dicti Hospitalis & de illis quos Misericordia & Hospitale excitauerint contra partes, aut illæ aduersus prædictas domos super earumdem bonis proprietatibus seu rebus, & per se solum procedet vsque ad diffinitiuam, quã in Relatione cũ adiunctis à Rectore nominatis expediet in forma Ord. Reg. lib. 1. tit. 16. in principio exornat Cabed. de patronat. Reg. cap. 36. versiculo habet autẽ, & cap. 39. vbi plura de Hospitali Regio. Fr. Hieron. Roman. de Republic. Christiana lib. 5. cap. 22. §. *Tiene Lisboa*.

2 Et de Hospitalibus laicorum plura etiã prosequitur idem Cabed. 1. par. decis. 204. & a laicis fundata sine authoritate prælati sunt mere secularia, & iurisdictio super bonis eorum pertinet ad Regẽ not. in cap. ad hæc de religios. domib. Valasc. 2. tom. consul. 105. per tot. Cou. lib. 2. Var. cap. 20. num. 4. Cabed. de Patron. Reg. Coronæ cap. 38. vbi refert

 plures

plures sententias Senatus quibus addes nouissime Stephan
Grarian.1.tom.discept.Forens.cap.104.à n.1 Lusitanus Ca
doso do Amaral in summa verbo hospitale.

3 Quod vero hospitalia huius Regni sint de immediat
protectione Regum, obseruat Cabed. vbi supra cap. 38. &
cap.42.nu.5.& prosequitur idem Senator Cabed.1.par. de
cis.201.Vallasc,d.consult.105.

4 Hospitale vero erectum cum superioris authoritate d
citur locus pius ex Bart.in auth.hoc ius porrectum col.1.i
fin.C.de Sac os eccles.& pluribus nouioribus obseruat doc
tissimus Stephan Gratian.1.tom.discept.Forens.cap.34.n.

5 De confraternitate autem seu confratria sanctæ & pi
Misericordiæ huius ciuitatis Vlysiponensis notabiliter pro
sequitur videndus Senator Cabed.de Patronat.Reg.Coron
cap 46.per tot.Ord.Reg.lib.1.tit.16.§.3 & 4.idem Cabed.
par.decis.51.Benedict.Ægyd. ad l.1. C. de Sacr os. Eccles.
par.in initio à.nu.34 nouissime Barbos.in suis Remission.
tit.16.num.1.

Stylus.

6 Licet autem Ord.Reg.d.tit.16.§.7. præcipiat quod Iu
dex Misericordiæ & hospitalis faciat partibus andientias i
loco vbi fiunt cæteræ domus supplicationis duobus diebu
hebdomadis & horis quas Rector constituerit, tamen sty
lus est diuersus, & fieri solet in audientijs grauaminum v
adest scriba processuum Misericordiæ in simul cum alijs a
pellationum & grauaminum.

Senatus consultum ex lib. Relationis fol. 145. vers.

7 In mẽsa magna Relationis corã Rectore & Senatoribus excitata est quæstio vtrũ in casibus in quibus erat dubiũ super terris vulgo *de Leziras* donatis hospitali regio omniũ Sãctorũ inter Misericordiã administratricẽ prædicti hospitalis & quãlibet partẽ super quæstionibus de finibus cognitio spectaret ad Senatorem Iudicem processuũ & causarũ Misericordiæ, vel ad Iudicẽ processuum Coronæ; ex eo quia Ord. Reg. lib. 1. tit. 9. §. 15. inquit quod Iudex Coronæ cognoscet de processibus super prædictis terris vulgo *das Leziras* & Pavis Coronæ, siue procurator Regius sit pars siue non sit, quãuis illarum Rex donationem fecerit aliquibus personis, & Ord. eiusdem lib. tit. 16. §. 2. disponit generaliter quod ad Iudicem causarum Misericordiæ spectat facere confinia &, agrorum mensuras omnium bonorum & proprietatum prædicti hospitalis, & cognitio de quæstionibus super finibus agrorumque mensuris prædicti hospitalis.

8 Et Senatus consulto decretum est quod prædictæ ordinationes non habent inter se repugnantiã seu antinomiã ex eo quia Ord. Reg. d. tit. 9. §. 15. loquitur de terris donatis personis priuatis, quia tunc nunquã amittũt naturã bonorũ Coronæ ex Ord. d. tit. 9. in principio & Ord. d. tit. §. 2. loquitur in ijs quæ sunt donatæ hospitali quæ nunquã reddire possũt ad Coronam, & remanent in perpetuum vnitæ prædicto hospitali, & ita generaliter semper spectabat cognitio ad Senatorem Iudicem causarum Misericordiæ.

ANNOTATIO XVI.

DE SENATORE DOMVS SVPPLICATIONIS QVI IVDEX FISCI NVNCVPATVR.

EPITOME.

D Senatorem iudicem fisci spectat cognitio processuũ circa bona quæ fisco propter hæresis crimen applicantur.

Stylus.

2 Ex illius præcepto citatur procurator fiscalis.

3 Quomodo in libello concludatur.

4 Stylus est petere chartam Iudicis ad inquisitores hæreticæ prauitatis super declarationibus exigẽdis ab incarcerato.

5 Charta præcatoria ut diligentia fiat cum incarcerato.

6 Originale præcatorium præsentatur in domo expeditionis Sancti Officij.

7 Quomodo apud Inquisitores procedatur circa prædictam diligentiam præcatorij.

8 Copia datur procuratori fiscali ut respondeat & proceditur ordinarie sicut in alijs causis.

9 Stylus est ante diffinitiuam ex Relationis placito proferri interlocutoriam, ut adiungatur certitudo inuentarij incarcerati.

10 Adiuncta certitudine, cum exemplori additionum inuentarij deffinitiua pronuntiatur in Relatione cum adiunctis.

11 In partibus à sententijs Iudicum fiscalium appellatur ad Iudicem

dicem fisci domus supplicationis.

13 Fiscus gaudet priuilegio minoris.

13 Quid dicatur fiscus & vnde denominationem accipiat explicatur.

14 Confiscare, id est ad fiscum Principis deferre.

15 Fiscus succedit Reo conuicto nõ vt hæres sed loco successoris.

16 Fiscus tenetur soluere debita ex contractu oneroso à delinquente etiam post commissum crimen:

7 Probatur argumẽto Ord. Regiæ & exornatur.

18 Confirmatur ratione.

19 Confirmatur exemplis rerum iudicatarum in Senatu.

20 Fiscus succedens priuato pro anterioribus temporibus vtitur iure priuati postquam autem successit gaudet suo priuilegio.

Senatus consultum.

21 Capita regiminis fisci intellecta ex Senatus decreto.

22 Chartas de sua Magestade sobre materias do fisco.

ANNOTATIO XVI.

DE SENATORE DOMVS SVPPLICATIONIS QVI IVDEX FISCI NVNCVPATVR.

1 AD Senatorem Iudicem fisci spectat cognitio processuum circa bona quæ fisco propter hæresis crimen applicantur & in Regimine eidem constituto à Rege domino Sebastiano Iudex confiscationum prop-

 ter

ter crimen hæreſis appellatur de quo etiam meminit doctus aduocatus Curiæ Emanuel Mendez à Caſtro in ſua Practica Luſitana lib.1.cap.2.§.2 nu.11.

Stylus.

2 Primo igitur obſeruabis quod in hoc Iudicio fiſci actionibus ordinarijs à parte fieri ſolet petitio Iudici vt illius præcepto citetur procurator fiſcalis, & accuſata citatione in audientia, quæ in domo Iudicis fit, actio proponitur & per libellum in ſcriptis offertur ſeruato ordine Iudicij ex Ord.lib. 3.tit.20.

3 In concluſione vero libelli petit Actor quod procurator fiſcalis condemnetur vt ex bonis confiſcatis debitoris ſoluat Actori quantitatem ſibi debitam.

4 Cæterum antequam procurator fiſcalis exceptionibus ſeu contrarietate ſe tuatur ſtylus eſt plerumque in actis petere chartam Iudicis ad Inquiſitores hæreticæ prauitatis, vt iubeant coram ipſis perſonaliter apparere debitorem incarceratum ad declarandum, cuius erant res, ſeu merces quæ illi fuerunt inuentæ tempore quo incarceratus eſt, & ſi omnes erant eiuſdem met, an aliquis in illis habebat partem, vel earumdem aliquam adhuc debebat pecuniam, cui & quantam, ſi vero eas emerit quod tempus fuerit elapſum ab emptione, vel ſi aliquam ſuper eiſdem obligationem fecerit.

5 Et ſecundum prædictam reſponſionem procuratoris fiſcalis ex præcepto Iudicis confiſcationum datur charta præcatoria vt ab Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis diligentia

fiat cum incarcerato & illius exemplar adiungitur in actibus processus.

6 Originale vero præcatorium præsentatur in domo expeditionis Sancti Officij Inquisitionis, præsentibus dominis Inquisitoribus, qui actuari iubent, vt fiat diligentia in eo contenta, cui satis fit a notario Sancti Officij.

7 Et postea in audientia quam vnus ex prædictis dominis Inquisitoribus facere solet in domo expeditionis Sancti Officij, iubet venire coram se incarceratum; vt in omnibus quæ ab eo fuerint interrogata verum respondeat, ad quod eidem præcipit præstare iuramentum Sanctorum Euangeliorum quibus tactis informa respondet interrogationibus, tanquã si vti pars deponeret; vel interrogaretur tanquam testis & omnia ab eodem declarata scribuntur à notario in termino per ipsum, per Inquisitorem & per incarceratum signatum, quorum omnium exemplar in actis processus postea adiũgitur ad cuius effectum prædicta diligentia præcipitur tradi ipsi Actori qui eam requirit.

8 Deinde copia datur procuratori fiscali vt respondeat, & proceditur sicut in alijs causis generaliter seruato ordine Iudicij ex Ord.d.tit.20.

9 Et postquam in causa concluditur stylus est plerumque ante diffinitiuam ex Relationis placito proferri interlocutoriam qua iubetur adiungi certitudinem inuentarij incarcerati, vt constet si tempore capturæ inuentæ fuerint res petitæ in libello apud illum, quot. & quales.

10 Et adiuncta certitudine cum exemplari additionum inuentarij deffinitiua pronuntiatur in Relatione cum ad-

iũctis. In partibus vero à ſententijs Iudicum fiſcalium appel lationes interponuntur quæ deferri ſolent ad Iudicium fiſci domus ſupplicationis, vbi expediuntur in Relatione.

12 Porro notabis quod fiſcus gaudet priuilegio minoris l. Reipublicæ C. ex quibus cauſ. maior. l. 1. de ſentent. aduerſus fiſcum latis, & de fiſco & eius priuilegijs plura eleganter Couas lib. 1. Var. reſolut. cap. 16. per totũ. Peregrin. de Iure Fiſci. Gaſpar pegado in ſuis Quæſtionibus Fiſcalibus. Salyc. in rubrica C. de priuileg. fiſci Boſſius in tract. de fiſco & eius priuileg.

13 At vero quid dicatur fiſcus & vnde denominationem accipiat erudite explicat & ex pluribus exornat inſignis Barboſ. 7. par. l. 1. nu. 7. & 8. ff. ſoluto matrimonio vbi ex Aſconio obſeruat quod fiſci fiſcenæ, fiſcellæ ſunt vtenſilia ſpartea ad maiores ſummæ pecunias capiendas; vnde quia maior eſt ſumma pecuniæ publicæ quam priuatæ factum eſt, vt fiſcus pro pecunia publica accipiatur.

14 Inde etiam verbum confiſcare ideſt ad Fiſcum Principis deferre Corras lib. 6. Miſcellan. cap. 19. nu. 2. Rebuf. in l. inter publica §. fin. verbo fiſcus ff. de verb. ſignif. Barboſ. vbi ſupra num. 8.

15 Deinde notabis quod fiſcus ſuccedit Reo conuicto, nõ vt hæres, ſed loco ſucceſſoris ex l. 2. C. ad l. Iul. de vi publ c. & alijs obſeruat inſignis Barboſ. in l. Maritum 13. n. 79. ff ſoluto Matrimonio Senator Cabed. 2. par. deciſ. 81. nu. 5. nouiſſime Stephan. Gratian. 2. par. diſcept. Forenſ. cap. 230. à num. 14.

16 Tenetur tamen ſoluere debita ex contractu oneroſo à delin-

delinquente etiam post commissum crimen ex Reg.l. si debitori ff. de fideiuss. cum alijs de quibus Peregrin.de Iure fisci lib.2.tit.2.nu.18.& lib.5.tit.1.nu.53.& 86.Clar. in Pract. Crim.quæst.78.nu 23.quia in ius delinquentis succedit actiue & passiue l.qui in ius ff.de reg.iuris notat Cabed. d. decis.81.nu.5.

17 Et id ipsum mihi probatur ex Ord.Reg.lib.5.tit.6.§.20 in fin.quia a pari procedunt crimen læsæ maiestatis diuinæ & humanæ, Clar. in §.hæresis nu.13.& in §. læsæ maiestatis crimen.nu.9.vers quinimo Rei huius criminis.ac proinde in casu hæresis eodem modo debet fiscus soluere debita contracta etiam post commissum delictum ex d.Ord.

18 Quia cum solutio debitorum non sit materia peccati debet obseruari dispositio prædictæ Ord. Reg. ex alia lib. 3. tit.64.in principio.

19 Et ita sæpissime iudicatum est in supremo Senatu, quod etiam annullato contractu fiscus teneatur soluere pretiũ acceptũ ab ipso Reo cõuicto cõtrahẽte etiã post crimẽ hæresis cõmissũ, vt in processu Frãcisci Calros à Sylua cõtra procuratorem fiscalem & in appensis adiunctis apud scribbam fisci videre poteris.

20 In super notabis quod fiscus succedens priuato pro anterioribus temporibus vtitur iure priuati, postquam autem successit gaudet suo priuilegio.l.fiscus 6.& ibi glosa in verbo vtitur ff.de iure fisci l.cum quidam 17.§. fiscus & §. si debitores de vsuris l.2.C.de fiscalib. vsur.lib.10. obseruat erudite vt solet Stephan Gratian.1.tom.discept.Forens.cap.182. num.38.& 39.

Senatus consultum.

21 Decretũ est coram Rectore iustitiæ per Senatores quod capita regiminis fisci 16.& 22.vbi disponitur quod non procedatur in causis illius qui captus est per Sanctum Officium quo vsque sẽtẽtia diffinitiua ab Inquisitoribus circa crimen commissum pronuntietur, intelligenda sunt quando incarceratus fuisset persona principalis casalis cuius bona sequestrata fuere prout est maritus, aut mulier vidua, sed quando maritus solutus remanserit & vxor fuerit capta procedatur in causis cum procuratore fiscali, sine expectatione sententiæ diffinitiuæ ab Inquisitoribus apostolicis, nisi causæ fuerit qualitatis in quibus requiratur illius citatio, aut illa possit esse pars ex qualibet via quia in ijs supersedetur prout debet fieri si maritus fuerit captus in forma prædicti regiminis.

Et ita procedendum erit in causis in quibus fuerit necessaria vxoris informatio.

CARTA DE SVA MAGESTADE sobre o Fisco.

SVa Magestade, por sua carta de sinco de Março de 619. mandouse disesse ao Regedor da casa da Supplicação, que ordenase ao Iuiz do fisco a quem toca, que pretendendo alguns estrangeiros que he

he sua algũa parte das fazendas embargadas dos christãos nouos, que no Porto forão prezos pello S. Officio, os ouça ordinariamente, & se lhes faça enteiro comprimento de justiça, & se tomasse por memoria os que o requereßem para se enuiar relação dißo a S. Magestade, & está em poder do Secretario Christouão Soares, & do escriuão do Iuizo do Fisco Iulião de Goes.

A este respeito fizerão certos estrangeiros mercadores Ingreses residentes nesta Cidade, petição ao Illustrissimo Bispo Inquisidor gêral, para mandar que correßem suas causas, & se senteceaßem â final sem embargo do deuedor estar prezo, & dos capitulos do regimento do Fisco em contrario, & o dito Inquisidor gêral, mandou per seu despacho que informaße o Iuiz do Fisco, & com â informação, se pos o despacho seguinte.

Foi vista a petição na mesa do Conselho presente o Illustrissimo Senhor Bispo Inquisidor Gêral, & acentouse que auendo respeito a serem estrangeiros corrão suas causas sendo ouuidos com o procurador do Fisco, tomandose as mais informaçoẽs necessarias sem embargo do regimento.

Bertolameu da Fonseca. Antonio Dias cardoso Gaspar Pereira. Francisco de Gouuea.

Está no

Estâ no feito da petição de Annrique Herberi, sobre a diuida de Pero Mendez, & pero Gomes de Lisboa, escriuão Iulião de Goes.

HVM CAPITOLO DE CARTA de S. Magestade sobre o Fisco.

A Experiencia tem mostrado que os culpados no crime da eresia, & apostasia, para emcobrirem a fazẽda, que sabem ter perdida, pellos taes delitos pação letras de cambio, em que se fazem deuedores das contias que querẽ, por tãto não se admitião as taes letras ẽ q̃ se fazẽ deuedores, aos outros seus parentes & afins & outras quaesquer pessoas declarando que são de panos ou de sedas, ou outras mercadorias que dellas receberão, sem primeiro prouarem a mercadoria que tal era, & constar que as receberão, & que foy achada nos bens socrestados ou outras em seu lugar sonegadas com o preço, que della procedeo, & tambem nos contratos & escritura de sociedade que os presos fizerão de dinheiro que lhe foi dado para trazerem a ganho, ou outras q̃ meterão em companhia, se senão achar dinheiro procedido desta sociedade, ou do que tomarão à cambio

nem

nem nos bens socrestados, mercadoria algũa acquirida com este dinheiro, com que se pedirem sem as partes justificarem por outra via, vista a grãde presumção que ha de fazerem comluyos nesta materia o que a experiencia nos tem mostrado.

ANNOTATIO XVII.

DE ADVOCATIS DOMVS SVPPLICATIONIS.

EPITOME.

1 Qvis exercere possit in Regno Portugaliæ aduocationis officium.

2 De mulcta temporis vltra pœnam pecuniariam quæ irrogatur illis qui ante tempus requisitum prædicto officio vtuntur

3 In domo supplicationis quadraginta solum litteris eruditi aduocationis munere funguntur, & illorũ prouisio fit per oppositionẽ.

4 Examen publicum fieri solet coram Rectore & Senatoribus grauaminum.

5 Ille locum obtinet cui plures ex Senatoribus grauaminum suffragantur.

6 Per certitudinem Chancellarij domus supplicationis charta muneris inmensa palatij Regij cõceditur victori in litterario certamine.

7 Huiusmodi aduocati matricolis inserti etiam post depositum officium clarissimi efficiuntur.

8 Aduocati domus supplicationis de Iure Regio aquiparantur iudicibus forensibus, auditoribus & præsidibus prouinsiarum & prouisoribus, & ex illis plures in Senatorum ordinem imediate promoti fuere.

9 Aduocati domus supplicationis sunt de numero personarũ maioris conditionis cum habeant priuilegium doctorum & sciencia Iuris sit aliusmodus dignitatis equestris.

10 Aduocatus doctori etiam actu legenti equiparatur.

11 De nobilitate & priuilegijs aduocatorum remissiue & nu. 12.

13 Ex stylo antiquissimo Curiæ scribbæ omnes tenentur hire ad domes aduocatorum quãdo protestibus interrogantur.

14 Aduocatis Curiæ conceditur libera captura vulgo homenajem atque etiã vulgo aposentadoria.

15 Aduocatus electus in Iudicem post peractam administrationem potest reuerti ad locum á quo abstractus est.

16 Confirmatur exemplo,

17 Aduocati substituti vulgo de seruentia, non debent gaudere prærogatiua eorum qui sunt intra numerum.

18 Substituti licet sint antiquiores in substitutione non præferuntur recenßioribus proprietarijs in loquendo.

19 An expediat aduocatum fieri iudicem.

20 Suadetur pars affirmatiua plurium exemplis qui apud Hispanos ex aduocationis munere ad supremas Chancellarias & supremum Senatum.

21 Aduccationis munus plurimi perpenditur apud Hispanos.

22 Aduocatus efficitur ciuis illius loci vbi aduocat.

23 Aduocati officium dicitur dignitas.

24 Aduocati qualiter se gerere debeant remissiue.

25 Aduocasi debent imitari Medicos qui nunquam medentur morbos proprios.

26 Aduocatus qui esse nequit, potest alteri monstrare siue consulere qualiter aduocare debeat.

27 An liceat aduocare vel consilium prabere diebus festiuis.

28 Aduocati habent priuilegia inter omnes creditores ad salarium obtinẽdũ cum prælatione.

29 Ad-

29 *Aduocati qui prius ad audientias perueniunt prius loquebātur ex Ord. Reg.*

30 *Ordinatio prædicta reuocata est per nouissimam legem extrauagantem quæ extat in libro Relationis quo ad aduocatos supremi Senatus supplicationis.*

31 *Præsides curiales diuersimode obseruant illam legem & cum distinctione.*

32 *Alij non admittunt vllam distinctionem lege indistincte obseruata.*

33 *Stylus nec consuetudo potest præualere contra legem scriptam in contrarium secundum Ius, & explicatur ex Senatus consulto, & de Iure confirmatur.*

34 *Inferior non potest quidquam disponere contra legem superioris.*

35 *Pro hac parte iudicatum est in Senatu in casu proposito.*

36 *Senectus semper fuit venāranda priuilegio ætatis, & iuuenes antiquis præferre absurdum & iniquum est.*

37 *Qui longiore tempore, laboribus assiduis stipendia meruit est præponendus,*

38 *Pro antiquioribus præsumēdum est quod habent plura negotia in domo expedienda quam iuniores.*

ANNOTATIO XVII.

DE ADVOCATIS DOMVS SVPPLICATIONIS.

1 Duocationis officium exercere nequit in Regno Portugaliæ nisi litteris eruditus qui operam dederit iuri ciuili vel canonico in Academia Conymbricen

bricensi per spatium octo annorum, & qui prius aduocationis munus susceperit pro prima vice incurrit pœnã quinquaginta aureorum quæ applicantur secundum dispositionem Ord.Reg.lib.1.tit.48.in principio.

2 Pro secunda vero vice vltra pœnam pecuniariam, mulcta etiam temporis irrogatur, scilicet duorum annorum ita vt non possit vti prædicto officio nisi transactis postea duobus annis postquam peregerit cursus octo annorum.

3 In domo autem supplicationis quadraginta dumtaxat litteris eruditi aduocationis munere funguntur, & nulla ex causa cum eo numero ab Ord.Reg.d.tit. 48. §. 1. præscripto dispensari potest, & quando aliquis locus prædicti numeri vacat per obitum defuncti proprietarij vel per aliud impedimentum, vt in l.iubemus C. de aduocatis diuers. Iudic. à tempore illius præcipit Rector Senatus supplicationis edictum præfigi in limine domus supplicationis, in quo continetur loci vacatura, & cerciorantur litteris eruditi qui illum obtinere voluerint, & ingredi pro illo litterarium certamen.

2 Et fieri solet examen publicum coram Rectore iustitiæ & Senatoribus grauaminum assignato prius puncto in lege infortiati sorte oblata & electa ad relectionem intra viginti quatuor horas, & integra hora (ex nouissimo Senatus decreto in lib. Relationis) viua voce aula Regia fit repetitio qua peracta arguunt duplici medio tres Antagonistæ, & in eorum defectum tres ex reliquis aduocatis eiusdem Curiæ argumentantur.

5 Ille vero locum obtinet cui plures ex Senatoribus grauaminum suffragia præstant qui cum Rectore iustitiæ illius periculi

riculi iudices designati sunt.

6 Et per certitudinem Chancellarij domus supplicationis quod fuerit approbatus Senatores Palatij eidem chartam muneris illius concedunt quæ transit per Regiam Chancellariam, ita disponitur in Ord. Reg. lib 1. tit. 4. §. 8. & tit. 48. §. 1.

7 Porro huiusmodi aduocati matriculis inserti etiam post depositum officium clarissimi efficiuntur, & primi ordinis comitis perfruuntur dignitate ex tex notabili in l. 1. C. de aduocatis diuers iudic. vbi Salyc & inquit eleganter ibi Imperator in hæc verba clarissimi primi ordinis perfrui dignitate, quatenus & tempore quietis fructum præteritorũ laborũ cõsequãtur, proq; fide, atque industria erga clientes suos comprobata à priuatæ conditionis hominum multitudine segregati clarissimis merito connumerantur obseruat insignis Barbos. in l. 1. 7. par. numer. 66. ff solut. matrimon. vbi declarat procedere specialiter in hoc casu in quo Princeps specialiter illud concessit aduocato qui deposuit officium aduocationis quod debet nihilominus gaudere priuilegijs aduocatis concessis.

8 Et apud nos extat egregia Ord. Reg. lib. 1 tit. 35. §. 2. vbi aduocati domus supplicationis æquiparantur iudicibus forensibus auditoribus præsidibus prouinciarum & prouisoribus. vt post quatuor annos immediate possint elegi in Senatores domus Relationis Portugalensis quod in desuetudinem abijt ex temporum iniuria cum tamen illud plurimorun exemplis confirmari possit, vt per tradi-

tionem accepimus nimirum de Christopharo Esteues ab alta, Bernaldino Esteues, & Matheo Estenes fratribus quorum vnus postea fuit Chancellarius domus supplicationis, & alteri Senatores Palatij, similiter doctor Gaspar de Carualho qui postea fuit Chancellarius maximus Ioannes Pires da Fonseca, Gaspar Gomes de Lemos, qui fuit Iudex processuum Regiæ Coronæ Antonius Dinis Iudex Patrimonij Regij, Aires Ferdinandus Freire, Franciscus Dias do Amaral, qui postea fuit Senator Palatij Duardus Nonius Leo, Aluarus Vallasc. Ferdinandus de Sousa, Rodericus Gago, Alphonsus Vallascus tenrreiro, Petrus Nonius à Costa qui postea fuit Senator Palatij insignis Franciscus de Caldas Pereira & alij plures.

Aresta Senatus.

9. Vnde merito iudicatum est in supremo Senatu domus supplicationis quod tales aduocati sunt de numero personarum maioris conditionis, & comprehendebantur in pragmatica prohibitionis vestium sericarum, & alijs id genus, vt eis permissa censeantur omnia quæ permittebat personis maioris conditionis, cum habeant priuilegium Doctorum quod est maius quam equitum nobilium (vulgo *De Caualeiros Fidalgos* & ita declaratum est in sententia Relationis promulgata in fauorem aduoca-

uocati prædictæ domus Gabrielis Ferdinandi scriba-grauaminis dominico à Chaues de qua nouissime testatur doctus aduocatus Curiæ Melchior Phæbus in decis. Lusitan. inter Aresta ciuilia Aresto 57. cui adde l. 3. tit. 10. partit. 2. vbi Greg. Lop glos. 8. quod scientia iuris est alius modus dignitatis equestris.

10 Quod vero aduocatus doctori etiam actu legenti æquiparetur confirmatur ex Alex. in l. centurio nu. 25. ff. de vulg. & pupil. Bart. in l. in Metallum num. 1. ff de pœnis Paris de puti. de sindicat. verbo doctor & verbo an doctor à fol. 117. Stephan. Gratian. 1. tom. discept. Forens. cap. 186. nu. 3. & 4. & ibidem prosequitur à nu. 6.

11 Plura autem de nobilitate & priuilegio aduocatorum annotauimus in peculiaribus annotationibus ad formam libellorum Caminhæ annotat. 54 à nu. 1. cum seqq. vbi videas.

12 Quibus addes quæ Azeued. in l. 1. lib. 2. tit. 15. nou. Recopil. Matienso in Dialogo relator 1. par. cap. 7. cum seqq. Auiles ad cap. prætorum in proæm. à nu. 21. & 22. Bodadilha in sua Polytica lib. 3. cap. 14 à nu. 56. Amator Rodriges de modo & forma videndi processum cap. 10. à nu. 9. cum seqq Borel in summa decisionum tit. de aduocatis, ex nostris Melchior Phæb in decis. Lusitan. decis. 48. nu. 12. nouissime Barbos. in suis Remissionibus ad Ord. lib. 1. tit. 48. in rubrica.

13 In Senatu etiam iudicatum est quod scribæ Curiæ tenentur hire ad domos aduocatorum vt interrogentur quando partes eos pro testibus nominauerint quod stylo anti-

 quissi-

quissimo semper obseruatum fuit in omnibus auditorijs testatur. Phæbus vbi supra Aresto 56.

14 Similiter idem Phæbus Aresto 58. testatur iudicatum esse in Senatu quod aduocatis Curiæ concedatur libera captura, vulgo *homenajem*, & quod id hodie inuiolabiliter obseruatur & quod illis etiam competit priuilegium, vulgo *de aposentadoria*, ex illius regimine, & Arestis supremi Senatus.

15 Aduertendum tamen est in proposito quod aduocatus consistorialis electus in Iudicem post peractam administrationem integre & sine opinionis labe potest ad officium aduocationis reuerti, & ad locum à quo abstratus est, vt eleg. decidit tex. notabilis in l. siquis ex togatis 9. C. de aduocat. diuers. iudic. l. nemo vlt. C. de assessor. & notat Bald. in d. l. siquis & exemplo Abbatis qui depositus remanet Monachus sicut prius & habet vocem in capitulo sicut simplex Monachus quod intelligitur quando non priuatur propter demerita sua, obseruat in specie Auiles ad cap. prætorum cap. 3. num. 8.

16 Et ita iudicatum est in Senatu circa aduocatum Curiæ Dominicum Dias Pinheiro electum in iudicem Forensem scalabis quod non vacaret eiusdem locus scriba Bertholameu Mouro præsidis curialis causarum ciuilium, licet contrarium vidimus postea practicari in loco aduocati Curiæ Petri Gracia Penaluo qui electus est in Iudicem Forensem oppidi de Nisa.

17 Aduertas etiã quod aduocati recepti vltra numerum vt sunt admissi ad inseruiendum vel substituti proter impedimen-

mentum proprietarij non debent gaudere prærogatiua eorum qui sunt intra numerum proprietarij argumento tex. optimi vbi Bald. Paul. de Castro, & alij in l.non plures 4.C. de Sacros.Eccles.

18 Et ideo licet sint antiquiores in substitutione non præferuntur recentioribus proprietarijs in loquendo, quia carens officio si pro alio officium exerceat & inseruiat, non ob id dicitur actualis nec de numero est vt circa Senatores obseruat D.Gama decis.1.nu.46. cum seqq. Senator Cabed. 1. par.decis.4.nu.6.

19 An vero expediat aduocatum fieri iudicem resoluit Alciat lib.12.parerg. quod non expediat creare iudicem qui simpliciter alias fuerit aduocatus, quasi non sit iudicaturus sine pecunia, tanquam suetus lingua venali opes acquirere, & ibi adducitur versus Palladis Poetæ Græci: quod tamen non est verum, cum multi aduocati integerrime, & summa cum laude & prudentia munus iudicandi subierint, vt aduertit doctissimus Stephan. Gratian.1. tom. discept. Forens cap.4.num.9.

20 Et apud Hispanos in Curia hodie est præses consilij patrimonij Regij Dominus Ferdinandus à Carillho, qui fuit aduocatus & in consilio supremo Regio est insignis doctor Melchior à Molina qui per spatium duodecim vel pluriũ annorum aduocationis munus exercuit, & alij plures qui ex hoc munere ad Regias Chancellarias, & audientias euocati, sunt Senatores amplissimi.

21 Imo vero tanti perpenditur hoc munus apud Hispanos, quod Christopharus Bobadilha postquam fuit præses,

ſeu Gubernator in pluribus inſignibus ciuitatibus & Prouincijs, peractis adminiſtrationibus, laudabiliter ab aduocationis officio non ſe abſtinuit in ſupremis conſilijs Regijs Curiæ Madritij vt ipſe fatetur in inſcriptione ſuæ Polyticæ.

22 Vnde obſeruabis quod aduocatus efficitur ciuis illius loci vbi aduocat, vt probatur ex Bart. in l. aduocati C. de aduocat. diuerſ. iud. & aduertit Mangrel. in annotationibus nouis ad Bart. in l. quiſquis C. de poſtulando idem Bart. in l. municeps §. miles ff. ad municipal. & de incolis vbi notat quod miles & doctor efficiuntur ciues illius ciuitatis vbi ſtipendia merentur & ibi gloſ. & in l. ciues C. de incolis lib. 10 quod Bart. in d. l. miles dicit notatu dignum, & idem eſſe in doctore qui eſt miles legalis militiæ, quod in aduocato probat tex. in l. aduocati C. de aduocat diuerſ. iudic.

23 Et ideo aduocati officium dicitur dignitas vt colligit Bart in l nemo C. poſtulando argumento l. laudabile C. de aduocat. diuerſ iudic l. prouidendum C de poſtulando l. 1. C. de aduocat. diuerſ. Iudic quia ſciencia iuris eſt alius modus dignitatis equeſtris vt probat apud Hiſpanos l. 3. tit. 10. par. 2. vbi Greg Lop. gloſ 8.

24 Cætera quæ ad aduocatos & eorum munus ſpectant & qualiter ſeſe gerere debeant proſequitur late Ord. per totum tit. 48. lib. 1. vbi remiſſiue nouiſſime Emanuel Barboſ. Gregori. Lop in l. 14. titul 6. part. 3. Soares à Paz in ſua Praxi annotat. 5. Azeuedo in l. 4 numer. 2. libr. 1. tit. 1 nouæ Recopilat Bobadilha in ſua Polytica lib. 3 cap. 8. nu. 262. Amator Rodriges de modo & forma videndi proceſſum cap. 10. à nu 4 cum ſeqq. Stephan. Gratian. 1. tom

diſcept.

discept. Forens cap. 39. & cap. 56. per totum, & 81 nu. 18. & 19 Cabed. 1. par. decis. 8 nu. 12. & decis. 20. & decis. 214. nu. 5. in fin quos aduarias quæstiones videre poteris.

25 Prætereundum tamen non censeo quod aduocati debent imitari medicos qui nunquam medentur morbos proprios, vt amicis causas proprias committant, & alijs aduocatis qui eas tueantur, in hoc enim natura quasi praua dici potest quod in negotio quisque suo hebetior sit, quam in alieno, Dion cassius lib. 31. refert ex Cicerone dicente inter alia, recte dictum est facilius esse alios adhortari quam se ipsum contra aduersas res obfirmare, de quo optime aduertit Petr. Gregor. de sintagm. Iur. 3. par. lib. 4. cap. 6. nu. 36 Bobadilha in Polytica lib. 3. cap. 14. nu. 62.

26 Aduocatus vero qui esse nequit, potest alteri monstrare ostendere, siue consulere qualiter aduocare debeat, tenet Bald. in cap. qualiter de elect. nu. 3. quia consulere & mandare non sunt facere, vt in l. ob hæc verba ff. de his qui notat. in fam. & ibi notatur secũdũ Baldũ vbi supra obseruat Auiles ad cap. prætorum cap. 3. nu. 1. late Stephan. Gratian. 1. tom discept Forens cap 39. per totum.

27 Aduocare autem vel consilium præbere an liceat diebus festiuis in honorem Dei & Sanctorum & pro eo interesse lucrari & accipere communis resolutio est pro parte affirmante quia non est actus seruilis nec officium seruile, maxime si est necessitas propter congruentiam, & expeditionem negotiorum vel quia litigator est aduena, aut principaliter non agitur propter interesse ex pluribus prosequitur Bobadilha in Polytica lib. 3. cap. 8. nu. 262. Azeued. in. l.

 4. num.

4. nu. 2. lib. 1. tit. 1. nou. Recop. & bonum consiliũ est dare statim aliquam eleemosinam ex Nauar. in Manuali cap. 13. n. 12. Soto lib. 2. de Iustitia quæs. 4. artic. 4.

28 Obserua etiam quod aduocati habent priuilegia inter omnes creditores, & æquiparantur doti & fisco, & habent tacitam hypothecam à lege inductam cum priuilegio prælationis ad salarium obtinendum ex Rebuf. præuileg. Scholar. 118. per totum Flores quæs. 8. lib. 1. Var. quæst. num. 80. vbi testatur ita seruari, nouissime Stephan. Gratian. 1. tom. discept. Forens. cap. 57. num. 41. & de illornm salarijs plura Gregor. Lop. in l. 14. tit. 6. part. 3. Senator Cabed. 1. par. decis. 19. Stephan. Gratian. vbi supra cap. 56. per totum Bodadilha in Polytica lib. 3. cap. 14. num. 63.

29 Illud autem pro coronide ommittendum non censeo quod licet Ord. Reg. libr. 3. titul. 19. §. 1. vers. eos auogados disponat quod aduocati qui prius ad audientias peruenerint, prius loquantur, & audiantur quantumuis qui postea peruenerint antiquiores fuerint & adsint.

30 Tamen post nouam Ordinationum Regiarum Recopilationem Anno sexcenticisimo septimo reuocata est illa Ord. ex lege Regia extrauaganti quæ extat in libro Relationis in qua præcipitur quod aduocati domus supplicationis antiquiores loquantur, & audiantur prius in Auditorijs supremi Senatus licet ad Audientias peruenerint post nouiores.

31 Cæterum nonulli præsides curiales causarum ciuilium in hoc medium amplexi præcipiunt vt qui peruenerint ad publicationẽ processuũ in initio audientiæ prius loquautur

licet

licet sint iuniores seruato ordine præcedentiæ, at vero post publicationem antiquitati simpliciter deferunt audientes antiquiores aduocatos, & hoc stylo vtuntur.

32 Sed huiusmodi stylum non admittit præses curialis causarum ciuilium Doctor Inacius Collaço à Brito & indistincte antiquiores aduocatos audit obseruans simpliciter legem regiam extrauagantem.

33 Et quidem Recte quia secundum ius stylus nec consuetudo potest præualere contra legem scriptam in contrarium nisi sententia aut Senatus consulto approbata fuerit, & ita declaratum est generaliter per Senatus consultum in lib. 8. relationis fol. 119. quod stylus non possit præualere contra legem scriptã l.2.C.quæ sit longa consuetudo jbi vt aut rationẽ vincat aut legẽ comunis traditio in l.de quibus ff.de legib. cap vlt. de consuetud. facit Ord.Reg.lib.1. tit. 5. §. 5. & quæ Vallasc.in praxi partit.cap. 10. num. 11. ad fin. & nn. 15 Cabed. 1. par. decis. 212. num. 6.

34 Rursus quia inferior non potest quidquam disponere contra legem superioris ex l ille à quo §. tempestiuum ff. ad trebel.cap.innotuit de elect. Aflict. decis. 283. Gama decis. 354. num. 1.

35 Et ita pro hac parte iudicatum est in supremo Senatu in grauamine interposito ab aduocato domus supplicationis Simone Barbosa à Castro, scriba Sebastastiano Gonçalues à Lima.

36 Et sane merito quia senectus semper fuit veneranda præuilegio ætatis l. sẽper in ciuitate ff. de Iure immunitatis Bart. in l. 1. ff. de albo scribendo, & in l. 2. C. de de curion

lib.

lib. 10. & absurdū est, & iniqum nouos & iuuenes antiquis præferre cap. statuimus circa initium 61. dist.

37 Nam qui longiore tempore laboribus assiduis stipendia meruit est præponendus ex l. prouidendum in principio ibi aut meritum nobilissimos fecerit aut vetustas C. de postulando & in l. 2. C. de officio Magistr. officiorum ibi vel labor prolixior fecerit anteire; eleg. prosequitur Cassan. in catalogo gloriæ mundi 1. par. considerat. 17. per totam.

38 Præterea quia pro antiquioribus præsumendū est quod habent plura negotia in domo expedienda quam iuniores, & satius est quod aduocati iuniores in auditorij mora detenti stylos Curiæ addiscant.

ANNOTATIO XVIII.

DE SCRIBA CHANCELLARIÆ DOMVS SVPPLICATIONIS.

EPITOME.

1 Scriba Chancellariæ Regni dignitatem habet.

2 Scrinnia siue cameræ sunt in quibus reponuntur scripturæ Principem tangentes.

3 De chartularijs seu præpositis sacri

sacri cubiculi.

4 *In hoc Regno vnus est magis secretus vulgari sermone* escriuão da puridade.

5 *De secretario consilij status, & de alio qui dicitur vulgo* secretario das merces.

6 *In palatio summo duo erant latercula magnum & minus.*

7 *Codicilli militarium officiorum ad sollitudinem quæstoris spectabant.*

8 *Litteræ officiorum cum legalibus libris in minori laterculo obseruabantur.*

9 *Ex secretarijs quidam deseruiunt rebus priuatis Principis, alij circa iurisdictionem.*

10 *Præpositi sacrorum scrinniorum eisdem honoribus & dignitatibus fungebantur quibus Vicarij Principis.*

11 *Eadem priuilegia Senatorum competunt scribbæ Chancellariæ Regni, & magnis nobilibus æquiparatur.*

22 *De simili officio scribbæ Chãcellariæ domus supplicationis.*

13 *De illius regimine circa decimas sententiarum exigendas.*

14 *Decimæ non debent exigi per primam sententiam quando ab illa grauamen interponitur.*

15 *Limitatur Ord. Reg. in proposito.*

ANNOTATIO XVIII.

DE SCRIBA CHANCELLARIÆ DOMVS SVPPLICATIONIS.

1 Irca huiusmodi officiũ notabis primo quod Graphारius seu scriba Chancellariæ Regni de quo in Ord. Reg. lib. 1. tit. 19. dignitatem habet, & qui habe-

habebat registrum litterarũ Principis dicebatur proximus sacrorum scrinniorum.

2 Et secundum doctrinam Rebuffi in l. 1. C. de proximis sacrorum scrinniorum lib. 12. sunt scrinnia quædam siue Camerae in quibus reponuntur scripturæ Principem tangentes in vno scrinnio seu camera ponuntur Epistolæ seu litteræ quæ per Principem alijs seu ab alijs Principi mittuntur.

3 Et istud est officium secretariorum Principis à secretis quia eis secreta committuntur, qui chartularij vocabantur, & præpositi sacri cubiculi Lucas de penna in rubrica C. de præpositis sacri cubiculi lib. 12. & erant maiores primicerio.

4 secundo obseruabis quod licet plures in Curia vbi Rex assistit instituti sint, apud nos tamen in hoc Regno vnus est magis secretus qui reputatur præpositus sacri scrinij & de illo est tex. in l. proximos C. de proxim. sacri scrinnij, & dicitur vulgari sermone, *escriuão da puridade*, de quo meminit Ord. Reg. lib. 2. tit. 59. in principio, & apud Hispanos l. 8 tit. 2. partit. 2.

5 Cæterum hodie cum Rex absit à Regno desideratissimus deficit etiam huiusmodi ministerium scribbæ puritatis, & extat solum minister à secretis consilij status, qui dicitur vulgo secretario do estado, & alius, *secretario das merces*.

6 Erant autem in palatio summo duo latercula magnum, & minus & in minori vni cum erat scrinnium inquo sacræ dispositiones recondebantur, & Principum legales constitutiones, seu ordinationes, quæ vna cum codicillis, hoc est, litteris officiorum imperialium, quorumcumque etiam militum recondebantur, vt est tex. optimus in §. 1. in auth. de

man-

mandat Principum collat 3.

7 Et codicilli militarium officiorum ad sollicitudinem quæstoris spectabant in eodem minori laterculo, l. 1. iuncta l. 2. Cod. de officio quæstor.

8 In ipso autem minori laterculo obseruabantur codicilli hoc est, litteræ officiorum cum legalibus libris, ex tex. in d. §. 1. auth. de mandat Princip. collat. 3. ibi vna cum codicillis l. 1. Cod. de officio quæstor.

9 Et inter secretarios quidam deseruiunt rebus priuatis Principis, alij in his quæ spectant ad iurisdictionem.

10 Tertio obseruabis quod proximi seu præpositi sacrorum scriniorum, eisdem honoribus & dignitatibus fungebantur quibus Vicarij Principis l. 1. C. de proximis sacrorũ lib. 12. & poterant salutare Principem, & sedere in Iudicio cum Iudicibus l in sacris scrinijs in 1. Cod. illo tit.

11 Et eadem præuilegia quæ competunt Senatoribus ex Ord. lib 2. tit. 59. Cabed 1. par. decis. 213 conpetunt etiam scribæ Chancellariæ Regni, & magnis nobilibus domus & Cameræ regualis ex d. tit. 59. in principio æquiparantur.

12 Porro de officio simili scribæ Chancellariæ domus supplicationis agitur in Ord. Reg. lib. 1. tit. 20. ad quem spectat tradere chartas vbi primum fuerint sigillo munitas coram receptore non vero sine illo, in forma Ord. Reg. d. tit. 20 in principio.

13 De illius autem regimine circa decimas sententiarum exigendas prosequitur Ord. Reg. d. tit. 20. ex §. 3. cum seqq. Senator Cabed. 1. par decis. 18.

14 Obseruabis tamen quod decimæ sententiarum non-

non debent exigi à partibus condemnatis per primam sententiam quando ab illa fuerit grauamen ordinarium interpositum imo superſedendum erit in executione & exactione decimatum interimdum grauamen non fuerit expeditum, prout ſuperſedendum erit in cauſa principali ex Ord. Reg. d. tit. 20. §. 5.

15 Attamen prædicta Ord. limitatur in caſu quo fuerint elapſi ſex menſes vt aduertit Senator Cabed. 2. par. Areſto 48. ex Ord. Reg. lib. 3. tit. 84. §. vlt.

ANNOTATIO XVIIII.

DE EXECVTORE PRÆSIDVM CVRIALIVM ET IVDICVM QVI VERSATRV IN CVRIA.

EPITOME.

1 Hic officialis vulgo dictus Meirinho da Corte.

2 Hic & cæteri executores deputati ad capiendos delinquentes, non poſſunt capere ſine comiſsione Iudicum niſi inflagranti.

3 Idem confirmatur.

4 De captura Reorum remiſsiue.

5 Hic officialis debet eſſe ex honeſta familia nobilis & bonis moribus præditus.

6 In

6 Inter plures eiusdem qualitatis præferuntur nobiles.

7 Consentaneum est nobilioribus ortos esse meliores.

8 Nobilibus imposita necessitudo videtur ne á maiorum virtute degenerent.

9 Nobilis est qui ex antiquo & priuilegiato sanguine descendit.

10 Quilibet magis ex virtutibus ac bonis moribus quam ex genere & diuitijs decoratur.

11 Sicut anima præfertur corpori & Sol Lunæ, sic & nobilitas spiritualis cæteris præfertur.

12 Ille est generosissimus qui est optimus, & nobilem facit animus bene moratus non maiorum opinio.

13 Animi nobilitas ex propria virtute comparatur.

14 Nobilitatem ipsam virtutes suapte natura comitantur.

15 Nobilitas affabilis est & plurimum curialis quod secus est in rusticis.

16 Plura in idem, & de nobiliũ vitijs remissiue.

ANNOTATIO XVIIII.

DE EXECVTORE PRÆSIDVM CVRIALIVM ET IVDICVM, QVI VERSATVR IN CVRIA.

Hic officialis vulgo dicitur *Meirinho da Corte* de cuius regimine late agitur in Ord. Reg. lib. 1. tit. 21. per totum & eod. lib. tit. 17. §. 2.

2 Hic autem & cæteri vulgo *Meirinhos & Alcaides* apud nos & apud Hispanos Algasiles, dicuntur executores Iudicum, & sunt

& sunt deputati etiam ad capiendos malefactores, vel denunciãdos, notat Paris de puteo de sindicatu verbo quia plerumque fol. 75. num. 2. & verbo officiales destinati fol. 78. & verbo an potestas fol. 80. vers. num. 6. vbi dicit quod talis deputatus ad capiendum non potest mittere in carcerem nisi crimen sit manifestum l. 1. C. de cohort. Principibus lib. 12 l. 1. de decurion. quia in flagranti potest à quo libet fieri captura delinquentis Bald. super Feud. de Pace Iur. firm. §. siquis vero num. 6.

3 Idque circo hoc ponitur in eorum commissione quod ducant ad carcerem, & idem disponitur apud nos in Ord. Reg. lib. 1. tit. 75. §. 10. concordat apud Hispanos l. 20. tit. 9. partit. 2. & l. 2. tit. 29. part. 7. & l. 7. tit 23. lib. 4. nouæ Recopilat. Iul. Clar. in Pract. Crimin. quæst. 28 num. 7.

4 De captura autem Reorum late prosequitur Ant. Gom. 3. tom. cap. 9. per tot. Iul. Clar. in Pract. Crimin. quæst. 28. & quæst. 29. Boss. in tit. de Carcer. fideius. Relax Menoch. de Arbitr. Iudic quæst. 88. late Farinac quæst. 27. à nu. 39.

6 Circa vero qualitatem huiusce executoris curiæ deputati ad capiendos delinquentes, & ad alia de quibus late Ord. Reg. d. tit. 21. requirit statim in principio quod sit ex honesta familia nobilis & bonis moribus præditus & pro tali cognitus.

6 Vnde colliges inter plures eiusdem qualitatis præferri nobiles, vt in l. honor §. de honoribus ibi, origo natalium ff. de muner. & honor. & in l. prouidendum in verbo nobilissimos C. de postulando & in l. 1. & fin. vbi Bart. ff. albo scribendo l. nobiliores natalibus Cod. natalib. restit. cum

aliis

alijs Molina de primogen.lib.10.cap.5. numer. 66. & lib. 2. cap.5.numer.66.Gama decis.1. num. 19. Cabed.1. par. decis.2.numer.1.Matienso in Dialogo Relatoris 3. parte cap.2. num.3.

7 Consentaneum quippe est ex melioribus ortos esse meliores, est enim generis virtus nobilitas,ac proinde recte Seneca inquit, habet hoc proprium generosus animus quod concitatur ad honesta,neminem excelsi ingenij virum; humilia delectant & sordida, quod lepide faustus Poeta regius expressit hoc disticho.

Si te rusticitas vilem genuisset agrestis.
Nobilitas animi non foret ista tui.

8 At illud Boetij in tertio de consolat. Phylosophiæ, memineris alienum esse bonum atque à parentibus deriuatum, si autem aliquod est in nobilitate bonum id esse arbitratur solum,vt imposita nobilibus necessitudo videatur ne à maiorum virtute degenerent & ita vt ea nobilitas vera & perfecta sit virtutibus adornanda est.

9 Rursus collige nobilem dici illum qui ex antiquo & priuelligiato sanguine descendit, quique est exemptus ab oneribus & tributis Plebeorum dignitate officio vel sciencia l.1. & per tot.C.de dignitat lib.12.vbi doctorum communis traditio notat Gom. in l.79. Tau.nu.6.Matienso in Dialogo Relatoris 3.par.cap.4.nu.6.Ord.Reg.lib.1.tit66.§.42. & tit.90. §.24.& lib.3.tit.59.§.15 & lib.5.tit.120. vbi de priuilegijs & prærogatiua nobilitatis agitur.

10 At vero quod attinet ad bonos mores obseruabis quemlibet magis ex virtutibus ac bonis moribus quam ex

N genere

genere & diuitijs decorari & præ honorari.

11 Nam sicut anima præfertur corpori l. Sancimus C. de Sacros. Eccles. & Sol lunæ. cap. solitæ de maior. & obed. sic & nobilitas quæ est spiritualis in anima pariter & ex Deo cæteris præferri non est ambigendum. notat Matienso in Dialogo Relator 3. parte cap. 4. num. 3.

12 Vnde recte inquit Aristoteles primo Polytic. & secundo Rhetor quod ille est generosissimus qui est optimus & tullius contra salustium sanctius est meis fulgere moribus quam maiorum opinione inniti, vt sim posteris meis nobilitatis initium & virtutis exemplar. & nobilem facit animus bene moratus, non maiorum opinio vt eleganter obseruat Matienso in Dialogo Relatoris 3. par. cap. 4. n. 5.

13 Et merito quia animi nobilitas ex propria virtute comparatur & facit illud Ouidij.

Nam genus & proauos & quæ non fecimus ipsi.
Vix ea nostra voco.

Et alibi,

Nam census nec clarum nomen Auorum.
Sed probitas magnos, ingeniumque facit.

Et ait Valerius lib. 3. cap. 2. ignominiæ loco apud indignum esse dignitatem & deforme est, inquit, quos dignitate præstas, ab his virtute superari.

14 Mihi tamen persuasum est quod nobilitatem ipsam virtutes suapte natura commitantur ac proinde dicit tex. in l. omnia C. de conditis in public. lib. 10. quod pro vtilitate Reipublicæ certa officio committuntur nobili prudenti, quasi ve-

si velit quod prudentia comitatur nobilitatem.

15 Et quia nobilitas affabilis est & plurimum curialis, cõmuniter enim versari sunt nobiles in Regum domibus, & Principum curijs, vbi egregios ediscunt mores, qui etenim in domibus Regum sunt moribus regi facile est, & esse politicos & affabiles vt dicit Lucas de Penna in l.1. C. vt rustici ad nullum obsequium, quod secus est in rusticis vnde dici solet.

Rustica progenies nescit habere modum.

16 Et plura in idem adducit Matienso in Diologo Relatoris 3.part.cap.2 à nu.6.vsque ad nu. 12. & de nobilium vitijs etiam prosequitur d.3.par.cap.3.à nu.1.cum seqq.

ANNOTATIO XX.

DE EXECVTORE QVI VVLGO DICITVR MEIRINHO DAS CADEAS.

EPITOME.

1 De officiali executore qui vulgo dicitur Meirinho das Cadeas.

2 *Huic officiali applicatur pœna si committatur à meretricibus Curia irosis & rixosis.*

3 *Me-*

3 *Meretrix dicitur á merendo ſtipendia libidinis.*

4 *Meretrix non dicitur quæ cũ vno rem habuit etiam accepta pecunia, & quod meretrix poſsit à vicinia expelli.*

5 *Refertur lex nouiſsima in propoſito & num.6.*

7 *Quæ dicatur honeſta licet aliquo tempore fuerit impudica.*

8 *Honeſta dicitur per trienniũ emendata.*

9 *Vicini debent facere bonam viciniam.*

10 *Præiudiciales, & iroſi à vicinia expelluntur.*

